
SIGILL: COLL: HARVARD: CANTAB: NOV: ANGL: 1650.
CHRISTO ET ECCLESIAE
BOUGHT WITH
THE INCOME FROM
THE GIFT OF
STEPHEN SALISBURY,
OF WORCESTER, MASS.
(Class of 1817).
Dec. 18, 1866.

L. APVLEI MADAVRENSIS
APOLOGIA

SIVE

DE MAGIA LIBER

EDIDIT

GVSTAVVS KRVEGER

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXIIII

1866, Dec. 18.
Salisbury Fund.

PATRI · OPTIMO

GEORGIO · THEODORO · AVGVSTO · KRVEGERO

MVNERIS · PVBLICI

A · D · XVIII · KAL · DEC · A · MDCCCXIII

SVSCEPTI

SEMISAECVLARIA

PIO · GRATOQVE · ANIMO · GRATVLATVR

EDITOR

PRAEFATIO

Inter omnia quae extant Apulei Madaurensis scripta locum plane singularem obtinet apologia sive de magia liber. nam, praeterquam quod haec oratio firmissimum fundamentum est, quo niti debet nostrum de Apuleio iudicium, multa insunt, quae optime illustrent, qualis fuerit sub Antoninorum imperio Africae provinciae status qualesque de rebus divinis et humanis opiniones illius saeculi homines habuerint. accedit alterum, quod primum ab Ioanne Ludovico Vive, tum a Davide Ruhnkenio intellectum non ad argumentum, sed ad dicendi genus in hac oratione conspicuum pertinet. dicit enim ille in commentario in Augustinum *de civit. d. VIII 19*: ‹*exstant (Appulei) Apologiae duae de magia, in quibus exuit nimiam illam sermonis lasciviam et antiquaria et audacter innovata verba adcommodavitque se forensi dicendi generi, sed ita tamen, ut nescio quo pacto Appuleium internoscas temporaria persona contectum*›. Ruhnkeni autem in praefatione volumini primo editionis Oudendorpianae praefixa (*p. IIII*) hoc est iudicium: ‹*est sane ista antiquitatis affectatio molesta Appuleium legentibus. nescio tamen, an molestior sit tumor Africanus, quo orationem, in iis quidem libris, quos a doctis legi voluit, praeter modum et pudorem inflavit, ceteroqui minime hebes ad id, quod rectius esset, intelligendum. quippe in Apologia, quae non in umbraculis eruditorum legenda, sed in fori luce habenda esset, tam vacuus est his ineptiis scholasticis, ut eius orationi nihil, aut certe non multum ad summam sanitatem deesse videatur. ad quem modum si ceteros libros scripsisset,*

eum, sine ulla exceptione, cum Mureto var. lect. XVII 19 ‹eruditum inprimis et venustum scriptorem› vocarem›.

Sensit igitur Ruhnkenius quod verissimum est: discrimen quoddam dictionis inter apologiam ceterosque Apulei libros intercedere. neque vero in causas huius rei accuratius inquisivit: id quod facere studuit hoc saeculo solus Hildebrandius, recentissimus Apulei editor, sed ex more suo protulit (*prolegg. p. XXIIII*) nihil fere nisi ineptias indignas profecto quae refutentur. his praetermissis si meam quidem sententiam paucis adumbrare licet, ad discrimen illud declarandum ratio habenda est non solum ‹fori›, in quo extitit Apuleius orator, sed etiam temporis, quo orationem habuit literisque mandavit. atque hoc eum fecisse iuvenili aetate in apologia ipsa certissima insunt testimonia. iam vero cum Apuleius adulescens per aliquot annorum spatium in Graecia et Italia literis Graecis et Latinis discendis operam navaverit, deinde in Africam redierit, nonne veri simillimum est, apologiam specimen praebere dictionis procul a patria excultae, simplicis quidem, sed affectae iam pravitate scriptorum Africorum magis magisque percrebescente, metamorphoseon autem libros ceteraque quae supersunt scripta — exceptis solis ‹floridis›, quibus propter dicendi genus medium quendam locum assignare placet — Apuleium conscripsisse aetate provectum iamque perverso Afrorum de imitatione iudicio ita imbutum, ut ‹*modo cum Cicerone, Caesare, Livio et similibus, modo cum Euandri matre loqui videretur*› (*cf. Ruhnken. l. d. p. I*)?

Hoc ordine si Apulei scripta recte disposui — metamorphoseon autem libros post apologiam scriptos esse, silentium quoque accusatorum de his libris rerum magicarum plenissimis luce clarius, opinor, demonstrat —: Apulei scripta apparet insigne exemplum esse ingravescentis dictionis Africae, ad hanc autem quoad Madaurensis suum scribendi genus paullatim accommodaverit, explicaturo proficiscendum esse ab eius apologia.

Prae ceteris igitur Apulei libris haec oratio digna videtur, quae mendis et librariorum et editorum sublatis ad pristinam tandem integritatem redigatur. atque hoc ut mihi proponerem, id quoque in causa fuit, quod Henrici Keili rectissimum de Apulei codicibus iudicium adhuc solo ab Ottone Iahnio, felicissimo fabulae de Psyche et Cupidine emendatore, adhibitum videbam. Keilius enim codicem Laurentianum LXVIII 2 saeculo undecimo literis Langobardicis exaratum archetypum esse omnium qui praeterea extant metamorphoseon librorum manuscriptorum, Laurentianum autem XXVIIII 2 accuratissime ex illo codice saeculo duodecimo descriptum esse intellexit et argumentis demonstravit in epimetro ‹*observationibus criticis in Catonis et Varronis de re rustica libros*› (*a. 1849*) affixo. iam vero, quamquam certum indicium deest, libros manuscriptos ceterorum Apulei operum, quae codices illi Laurentiani continent — apologiam dico et florida —, ad unum omnes ex archetypo illo derivatos esse: tamen propter aetatem, qua codices Florentini ceteris Apulei libris manuscriptis praestant, veri simillimum est, maxime ad fidem illorum codicum emendationem etiam apologiae et floridorum revocandam esse. itaque de his libris valet, quod de emendatione librorum metamorphoseon Keilius statuit his verbis: ‹*abicienda iam reliquorum librorum discrepantia, qua inutiliter inventio veri impeditur et genuina scriptura obruitur, abicienda inquam ista variarum scripturarum moles per tot annorum spatia ab editoribus coacta, quam rudi et taedii plena farragine composuit Hildebrandius*›.

Codicum Florentinorum etiam Hildebrandius rationem habuit et collationem suam codicis Laurentiani LXVIII 2 his laudibus extulit (*praef. p. XII*): ‹*fortuna satis mira accidit, ut eius codicis collatio in excerptoris manus traderetur, quo nemo diligentior, nemo accuratior esse potest*›: cui praedicationi recentissimi editoris fidem abrogant, quae adnotavit excerptor ille diligentissimus et accuratissimus,

ut hoc uno utar exemplo, ad verba Graeca p. 41, 12—15 editionis meae: ‹*quando graecae varietates fuerint deinceps eiusmodi, inutilem ducimus laborem eas exscribere, cum nihil ex iis exsurgat ad rem tuam faciens, et nobis multum temporis subripiat*›. satis, opinor, hinc elucet, talis excerptoris notulas nusquam extra dubitationem positas esse.

Quam ob rem cum abhinc triennio circumspicerem, unde novam codicum Florentinorum collationem mihi pararem, contigit, ut Leonardi Spengeli de locis Graecis qui in Apulei scriptis insunt commentatio museo Rhenano a. 1861 (*XVI p. 27—37*) inserta animum meum ad collationem adverteret a Petro Victorio margini editionis Vicentinae (a. 1488) Florentiae anno 1521 adspersam, quae adhuc latuerat in bibliotheca regia Monacensi (n. 2001). confestim ad virum celeberrimum epistulam dedi, eiusque et Caroli Halmi summae liberalitati debeo, quod ex exemplari illo Victoriano ad me transmisso in usum meum desumere licuit collationem codicis, ut cum Spengelio sperabam, Laurentiani LXVIII 2. spem augebat subscriptio his verbis concepta:

‹*Recognoui cum exemplari litteris Langobardis scripto e Diui marci Florentina bibliotheca. non sine summa diligentia. obseruauique quod soleo ut nihil in conlatione praetermitterem. ne ea quidem quae corrupta prima facie uidebantur. ne emendaturo locus coniecturae deesset. quod sequitur autoris eiusdem deerat in uetusto.*

Kal. Martiis. M.D.XXI. *P. Victorius Iacobi. F.*›

Iam putabam praesto mihi esse fundamentum, quo niti possem. quid mirum, quod dolore quodam afficiebar, cum dubitationes haud ita leves de fide illius collationis mihi subnascerentur? videbam ne uno quidem verbo significatam a Victorio lacunam, quam Keilius in codice Laurentiano LXVIII 2 detexerat, itemque videbam lectiones eiusdem libri manuscripti, quas Keilius Iahnio suppeditaverat, differre a lectionibus Victorianis: hocine tribuerem viri

summi neglegentiae summam recognoscendi diligentiam professi, an putarem alterum codicem Florentinum, fortasse Laurentianum XXVIIII 2, Victorio ad manum fuisse? monebat quidem per literas Spengelius, Victorium indagasse et contulisse libros manuscriptos usquequaque vetustissimos eundemque ad codicem illum Laurentianum LXVIII 2 Taciti libros recognovisse addita simili subscriptione[1]). non repugnabam: quamquam non dubium erat, quin exemplari Victoriano ad Apulei verba emendanda uti non liceret, nisi de eius fide plane constaret nova ipsorum codicum Florentinorum collatione instituta.

Hanc collationem ut mea gratia susciperet, Adolpho Kiesslingio amico intercedente Iosephum Muellerum adii professorem Patavinum, virum in codicibus veterum scriptorum excutiendis diligentissimum, cui acceptum refero, quod autumno anni 1862 nactus sum fundamentum editionis quam parabam diu desideratum. iam vidi quidem Victorium saepe consentire cum Muellero: sed, cum multis locis uterque discreparet, Victorius contulisse mihi visus est

---

1) ‹*Recognovi cum vetusto exemplari literis Longobardis scripto ne ea quidem in conlatione omittens quae corrupta aliquo pacto videbantur, ne locus coniecturae emendaturo deesset. Est autem codex e Divi Marci Bibliotheca. Florentiae M.D.XXII. Idibus Ianua.*

P. Victorius.›

Extat haec subscriptio in exemplari editionis Beroaldinae, quod servatur in bibliotheca regia Monacensi. de collatione a Victorio adscripta haec tradit Waltherus (*I praef. p. XXXVII. cf. Orell. praef. p. VIIII et Spengel. progr. Monac. 1847/48 p. 6*): ‹*Inde ab undecimo libro Annalium Victorius scripturam Florentinam ab editione Beroaldi diversam adposuit plerumque in margine: breviores varietates, et si qua una alterave littera mutanda, in ipso contextu significavit. Quae deerant in cod. Flor., notata sunt lineolis vel punctis suppositis. Reperiuntur etiam animadversiones ex ingenio Victorii profectae, quas ille a collatione libri Florentini distinxit praeposito c' (h. e. corrige).*› talis est etiam Apulei collatio Victoriana: neque vero huic Victorius coniecturas de suo addidit.

neque codicem Laurentianum LXVIII 2 neque Laurentianum XXVIIII 2, sed librum manuscriptum his codicibus simillimum eundemque olim Marcianum, hodie autem nescio quo loco latentem. frustra speravi, hunc investigaturam esse Henrici Nisseni Holsati diligentiam, cui, cum proximo anno Florentiae moraretur, suadente Theodoro Mommseno eruditorum principe angustias meas commendaveram. certiorem quidem me fecit Nissenus de aliquot locis, quos Muellerum parum accurate excussisse suspicabar: perscrutatus est idem bibliothecas et Marcianam et Laurentianam, neque tamen illum repperit librum manuscriptum, quocum Victorium mihi quidem persuasum est exemplar suum recognovisse.

Quae cum ita sint, alterutrum statuatur necesse est: aut codicem, quem Victorianum dicere libet, ex bibliotheca Marciana non cum ceteris libris manuscriptis in bibliothecam Laurentianam (*cf. Keil. Philol. I p. 182*), sed aliorsum translatum esse, ubi tenebris obrutus virorum doctorum oculos adhuc effugerit[1]), aut Victorium contulisse codicem Laurentianum sive LXVIII 2 sive XXVIIII 2, ita tamen, ut propter plurimas scripturas et erasas et correctas, quae utrumque reddiderunt lectu difficillimum, in auxilium vocaret nescio quem librum manuscriptum Florentinum deterioris notae. atque hanc sententiam, quam Keilius per literas gratissimas mecum communicavit, si sequamur, non habet sane quod

1) Fortasse latet in bibliotheca Vaticana, si hoc modo interpretari licet, quae Nicolaus Heinsius ad Christinam reginam a. 1662 scripsit: ‹*Apuleius est dignissimus, quem castigatiorem publice legamus, cum vix scriptor alius plus leporis atque urbanitatis cum tanta eruditione coniungat. duos eius codices in Medicea bibliotheca exstare memini, quorum ope editionem suam potissimum concinnavit Elmenhorstius, caeteris omnibus meliorem, nec tamen optimam, cum parum diligenter membranis illis sit usus. veterrimum exemplar in Vaticana servari Iacobi Sirmondi viri doctissimi ad Sidonium Apollinarem* (*IIII 8*) *notae me docuerunt, ex quo plurimis locis hic ipse Apuleius corrigi atque emendatior prodire possit*›. *cf. Burmanni syllog. epist. V p. 783.*

offendat Victori silentium de lacuna, quam in metamorphoseon libro octavo exhibet codex Laurentianus LXVIII 2: tamen, quominus adstipuler, Victori fides etiam subscriptione illa comprobata me prohibet.

Haec autem utut sunt, ad Apulei verba emendanda haud levis momenti est collatio illa Monacensis. namque quam arto affinitatis vinculo codex Victorianus cum ceteris Apulei libris manuscriptis Florentinis cohaereat, demonstrare libet brevi horum descriptione, quam subnecto Bandinio, Keilio, Muellero, Nisseno auctoribus:

I. codex Laurentianus LXVIII 2 membranaceus forma maxima paginis bifariam divisis a monachis Casinatibus, ut videtur (*cf. Keil. mus. Rhen. a. 1848. VI p. 145*), saeculo undecimo literis Langobardicis scriptus, cuius in principio haec legitur notula: ‹*De XXII. banco ex parte occidentis, Cornelius Tacitus et Opera Apuleii cet. Conventus S. Marci de Florentia Ordinis Praedicatorum de hereditate Nicolai Nicoli Florentini viri doctissimi*›. constat foliis scriptis 191. insunt:

1) f. 1—103b: Cornelii Taciti ab excessu divi Augusti libri XI (annal. l. XI—XVI et histor. l. I—V).

2) f. 104b—125b: Apulei de magia liber.

3) f. 126—183: Apulei metamorphoseon libri XI.

4) f. 184—191: Apulei floridorum libri IIII.

Experta est Apulei apologia in hoc codice multis locis evanido tres manus emendatrices, quae etsi non semper discerni possunt, ita tamen inter se differre solent, ut manus prima et secunda singulas voces literasve notulis inter lineas vel in margine adscriptis corrigant, manus autem tertia sive recentissima saeculi, ut videtur, quinti decimi verba lectu difficillima supra scribendo redintegret. corruptissima sunt verba Graeca, quae ne Graecis quidem characteribus ubique expressa librarium produnt linguae

Graecae prorsus imperitum: de recentiore ac docta manu, quam eadem in margine emendate diligenterque conscripsisse Bandinius narrat, Muellerus et Nissenus nihil dicunt.

II. codex Laurentianus XXVIIII 2 membranaceus forma maxima paginis bifariam divisis literis Langobardicis, primis quattuor foliis cum quinti dimidio exceptis, saeculo duodecimo ex codice Laurentiano LXVIII 2 descriptus, cuius in calce nomen Francisci Aretini legitur. constat foliis scriptis 79. insunt:

1) f. 1—24b: Apulei de magia liber.

2) f. 24b—73b: Apulei metamorphoseon libri XI.

3) f. 73b—79b: Apulei floridorum libri IIII.

Recte monuit Keilius, ‹*huius codicis eximium in eo usum esse, quod, cum e vetere tum cum recentiore manu nondum correctus erat descriptus sit, saepe priorem scripturam in illo aut prorsus deletam aut ita affectam, ut sine tali adiumento certo cognosci nequeat, demonstret*›. correxit vero multa apologiae verba manus saeculi quarti vel quinti decimi: altera primi folii et secundi lineis verborum interpretationes immiscuit, quae nullius momenti sunt. etiam huius libri manuscripti auctor fuit literarum Graecarum ignarus: quam ob rem verba Graeca archetypi depinxit potius quam descripsit.

III. codex Laurentianus LIIII 12 membranaceus forma maxima saeculo quinto decimo nitidissime exaratus. constat foliis scriptis 198. insunt:

1) f. 1—9: de deo Socratis liber.

2) f. 10—23: dialogus Hermetis Trimegisti.

3) . 24—38: de dogmate Platonis libri III.

4) f. 39—50: de mundo liber.

5) f. 51—146a: metamorphoseon libri XI.

In fine extat haec subscriptio: ‹*Ego Sallustius legi et emendavi Romae felix*›. tum maioribus literis partim rubris partim nigris haece adscripta sunt: ‹*Apuleii Platonici Ma-*

daurensis Metamorphoseon Liber ultimus explicit, quem transcripsi cum duobus incorruptissimis (corruptissimis?) *exemplaribus me inscio, neque cognito. Correctus deinde et emendatus per me ipsum scriptorem cum optimo atque vetustissimo exemplari MCCCCXXV. Valeas feliciter.*›

6) f. 146b—183b: de magia liber.

Prior oratio hanc habet inscriptionem: ‹*Apuleii Platonici Madaurensis pro se apud Cl. Maximum Procons. Africe oratio de Magia incipit feliciter*› et hanc subscriptionem: ‹*Ego Cr. Sal. em. R. felix*›. tum sequitur inscriptio alterius orationis: ‹*Apuleii Pl. M. P̃hI pro uxore pudentilla apud Cl. Max. Pr. Afr. de magia oratio incipit*›.

7) f. 184—198: floridorum libri IIII.

Deinde haec leguntur literis partim rubris partim nigris conscripta: ‹*Antonius Marius Florentinus transcripsit Florentiae XII. Kal. Iulii MCCCCXXV. Liber Petri de Medicis Cos. fil.*›. spatia ad Graeca exscribenda passim vacua relicta sunt.

IIII. codex Laurentianus LIIII 13 membranaceus forma maxima saeculo quinto decimo nitidissime exaratus. constat foliis scriptis 147. insunt:

1) f. 1—7a: de deo Socratis liber.

2) f. 7b—17a: dialogus Hermetis Trimegisti.

3) f. 17b—28: de dogmate Platonis libri II.

4) f. 29—37: de philosophia rationali liber.

5) f. 38—106: metamorphoseon libri XI.

6) f. 107—133: de magia liber.

Inscriptio: ‹*Lucii A. M. Philosophi Plat. pro se ap. Cl. Max. Proc. de magia liber I (II) incipit*›. subscriptio: ‹*Explicit lib. I (II) de magia*›.

7) f. 134—147: floridorum libri IIII.

Ad Graeca supplenda spatia vacua relicta sunt.

V. codex Laurentianus LIIII 32 membranaceus ms. in 4. saeculo quarto decimo diligenter binis columnis exaratus. constat foliis scriptis 79. insunt:

1) f. 1—17: de magia liber.

Inscriptio: ‹*L. Apulei phy platonici de magia liber primus incipit*›.

2) f. 18—62a: metamorphoseon libri XI.

3) f. 62b—69: floridorum libri IIII.

4) f. 70—79: de deo Socratis liber.

In fine cuiusque operis rubrica conscriptum est: ‹*ego Crispus Sallustius emendavi Romae felix*›.

VI. codex Laurentianus LIIII 14 chartaceus ms. in 4. min. saeculo tertio decimo binis columnis diligenter exaratus. constat foliis scriptis 47. continet metamorphoseon libros XI.

VII. codex Laurentianus LIIII 24 membranaceus forma maxima saeculo quinto decimo conscriptus. constat foliis scriptis 84. insunt:

1) f. 1—73a: metamorphoseon libri XI.

2) f. 73b—84: floridorum libri IIII, ‹*cum scholiis marginalibus et interlinearibus*›. in fine rubrica adnotatum est: ‹*Explicit liber quartus Floridorum Apuleii Platonici completus die XXVI. Ianuarii MCCCCXXII. hora XVI*›. tum subiungitur index capitum, quae in orationibus de magia pertractantur.

Novam codicum Florentinorum collationem nacto licuit mihi notulas Lindenbrogianas, quas ex editione Vulcaniana (a. 1628) per praefectum bibliothecae Hamburgensis liberaliter transmissa excerpseram, silentio praetermittere, praesertim cum Fridericum Lindenbrogium viderem valde fluctuasse in libris Florentinis quos contulit denotandis[1]): quam ob causam iam Oudendorpius curam et diligentiam in illa collatione requisivit. item apparatum

1) Hae sunt eius notae: *MS, 2 MS, 2, MS. Longb.*: multis lectio nibus nullam omnino addidit notam.

meum criticum onerare nolui mole illa Hildebrandiana lectionum deteriorum, quae quidem hodie stemmate Apulei librorum manuscriptorum cognito non nisi pro erroribus habendae sunt vel pro interpolationibus ex librarii arbitrio scriptoris verbis immixtis vel pro coniecturis: satis igitur habui, hanc quam vulgatam dicunt lectionem (ς) non nunquam in auxilium vocare. contra nihil antiquius duxi, quam ut apparatu meo imaginem codicum Florentinorum a me adhibitorum repraesentarem quam accuratissimam. quo consilio ne minimas quidem res omisi codicum Laurentianorum LXVIII 2 et XXVIIII 2, quos Iahnio praeeunte signavi literis F et φ. eadem cura Victori notulas exprimere studui, putavi autem has litera V signatas a lectionibus editionis (Vicent. pr. a. 1488) ab illo non correctis seiungendas esse: has igitur litera v indicat.

In textu constituendo mihi erat suprema lex, ut a lectionibus codicis Laurentiani LXVIII 2 ubique proficiscens nusquam neglegerem lectiones alterius codicis Laurentiani XXVIIII 2 et codicis Victoriani haud raro lectionibus mutilis codicis illius primarii medelam afferentes. quam legem cum explorabis qua constantia secutus sim, velim ne obliviscaris, omnibus illis locis, quibus de lectione codicum F vel φ vel V (v) nihil dictum est in apparatu critico, verba scriptoris in codice F vel φ vel V (v) tali forma extare, qualem textus exhibeat. moneo hoc praecipue propter res orthographicas in scriptore Africano illius temporis edendo profecto difficillimas, in quibus vereor ne vitio mihi vertatur, quod non semper mihi constiterim. malui autem librorum manuscriptorum auctoritatem, quoad eius fieri poterat, in his rebus tenere, quam scriptorem, de cuius genere scribendi adhuc nihil fere constat, ad certas normas et regulas scribendi redigere, quas pristinis saeculis et in aliis terris valuisse scimus.

Praeter editiones Floridi, Elmenhorsti, Ouden-

dorpi, Bosschae, Hildebrandi omnia Apulei opera complectentes praesto mihi fuerunt Isaaci Casauboni, Scipionis Gentilis, Ioannis Pricaei apologiae editiones, quarum tituli hi sunt:

1) *L. ApuleI Madaurensis Philosophi Platonici Apologia. Isaacus Casaubonus recensuit, Graeca suppleuit, et Castigationum libellum adiecit. Ad virum illustrem Iosephum Scaligerum Iul. Caes. Fil. eruditorum nostrae aetatis facile principem. Ex typographεıo Hieronymi Comelini. M.D.XCIIII.*

2) *Scipionis Gentilis Iuriscos. in L. Apulei Philos. et Aduocati Rom. Apologiam, qua se ipse defendit publico de magia iudicio, commentarius. Cum indice duplici auctorum et rerum locupletiss. Hanoviae, Apud Claudium Marnium, et heredes Ioann. Aubrii. MDCVII.* (= *Scipionis Gentilis Iurisconsulti et antecessoris Norici opera omnia in plures tomos distributa. Tomus sextus. Neapoli MDCCLXVIII. Sumptibus Ioannis Gravier. Auctoritate publica.*)

3) *L. ApuleI Madaurensis, Philosophi Platonici Apologia, Recognita, et nonnullis Notis, ac Obseruationibus illustrata a Ioanne Pricaeo Anglo-Britanno. Accesserunt Antiquitatum fragmenta quaedam aeri incisa. Parisiis, Apud Simonem Fevrier, ad primam Columnam Magnae Aulae Palatij. M.DC.XXXV.*

Non in animo est de omnibus viris doctis, qui apologiae emendandae adhuc operam dederunt, hoc loco iudicium facere: cuinam eorum palma deferenda sit, dubitatio esse potest nulla. debetur Isaaco Casaubono, quippe cuius castigationes, ‹*paucorum dierum dicam an horarum foetus*›, diffusis commentariis ceterorum longe praestent: videbis multas eius emendationes iam comprobatas collatione mea codicum Florentinorum. tanti viri de Apulei apologia iudicium ne oblivione interiret, iterum typis excudendam curavi epistulam eius ad Iosephum Scaligerum, quam editioni praefixit.

Post Casaubonum de Apulei verbis emendandis optime

meriti sunt Iosephus Scaliger et Claudius Salmasius. Et Salmasi quidem olim erat editionis Vulcanianae primae (a. 1594) exemplar (*N. 345. Gud:*), cuius usum Bethmanni bibliothecae Guelferbytanae praefecti humanitas mihi concessit. plurimae sunt quas in margine Salmasius adscripsit notulae: carent vero significatione fontis, unde haustae sint, omnes, ita ut non semper distingui possit, utrum aliorum an ipsius viri celeberrimi coniecturae sint an codicis deterioris Fuxensis lectiones; cuius copiam se habuisse narrat *ad Solin. p. 662.* quae mihi quidem ex ingenio Salmasi profecta videbantur diorthotica, omnia ipse excussi, cum exemplar illud, cuius in fronte legitur ‹*Salmasii est*›, nondum ea qua par est accuratione ab editoribus adhibitum viderem.[1])

Magni autem Scaligeri studia Apuleiana in editione Vulcaniana secunda (a. 1600) extant, de qua vide *Bernays. Scalig. p. 289.* namque huius editionis ab editoribus recentissimis, Bosscha et Hildebrandio, prorsus neglectae auctorem esse Scaligerum aequalibus eius persuasum erat. ceterum frustra argumenta circumspexi, quibus rem extra dubitationem ponerem. adii ‹*Scaligerana*› quae dicuntur et Scaligeri epistulas, cum in his vestigium aliquod illius editionis me deprehensurum esse sperarem: adii Casauboni ‹*ephemerides*› (*Oxonii, a. 1850*), cum Scaligerum putarem ad amicum exemplar editionis suae velut ἀντίδωρον misisse et hunc in actis illis diurnis ex more suo[2]) id adnotasse.

1) Specimen huius editionis, varietatem dico lectionis ad libros de mundo, de philosophia, de deo Socratis, ad floridorum libros I—IIII, ad dialogum Hermetis Trimegisti et metamorphoseon libros I—VI in *Iahni annal. suppl. a. 1842. VI p. 621—638* publici iuris fecit anonymus quidam: unde hic hauserit, quae de lectionibus dialogi Hermetis Trimegisti affert, equidem nescio; certe Salmasius ad hoc scriptum nihil adnotavit.

2) Vt exemplum afferam, haec scripsit Casaubonus Idib. Februar. a. 1600: ‹*Manilium Scaligeri accepi hodie et literas a divino illo viro merito gratissimas*›.

nihil inveni: mirum profecto hoc Scaligeri et Casauboni silentium. attamen ut aequalium sententiam secutus Scaligerum habeam pro auctore, id maxime me movet, quod diversi sunt tituli[1]), diversae praefationes[2]) editionis

---

1) Edit. Vulc. pr.:

L. ApuleI Madaurensis Opera Omnia Quae Exstant. E quibus, post ultimam P. Colvii editionem, Philosophici Libri Ope vetustiss. Cod. Ms. innumeris mendis expurgati; quam plurimis locis aucti, per Bon. Vulcanium Brugensem. Lugduni Batavorum, Ex Officina Plantiniana, Apud Franciscum Raphelengium. CIↃ.IↃ.XCIV. 8 fol., 80 et 383 pag. 12.

Edit. Vulc. sec.:

L. ApuleI Madaurensis Opera Omnia Quae Exstant. In quibus post omnes omnium editiones hoc praestitum est, ut iam demum Auctor Ipse Ope Cod. Mss. auctus locis infinitis, interpolatus, et genuino nitori suo restitutus prodeat, per Bon. Vulcanium Brugensem. Ex Officina Plantiniana, Apud Christophorum Raphelengium, Academiae Lugduno-Bat. Typographum. CIↃ.IↃ.C. 3 fol., 464 pag. 12.

2) Editioni primae Vulcanius epistulam praefixit ad Theodorum Canterum (*Lugduni Batauorum. Anno CIↃ.IↃ.XCIII. Calendis Octobris.*). cum praefatione editionis secundae conferre iuvat praefationem editionis, quam Petrum Scriverium curasse dicunt (‹*Apuleius Madaurensis Platonicus serio castigatus. Amsterod. apud Guili. Caesium, CIↃIↃCXIIII.*› *12*):

Edit. Vulc. sec.:

Typographus Lectori.

Lector candide, Apuleium tibi damus. Sed verum legitimumque, non σκότιον aut nothum; qui tum demum id probaturum se tibi confidit, si cum ἡλιτομήνοις aliquot collatus fuerit. Novum, inquam, Apuleium damus, aut renatum verius, sine Notis tamen, hoc est sine phaleris et ephippio: non enim equum damus, sed Asinum: aureum tamen. Has quoque CL. Vulcanius suppeditabit, nec commissurus est, ut in hac editione desideres quicquam. De editione hoc unum dicam, tam dissimilem prioribus esse quam ille Asinus Apuleius sibi, qui post tot male fe-

Edit. Scriver.:

Typographus Lectori.

Lector candide, Apuleium tibi damus: sed verum legitimumque; non σκότιον aut nothum: qui tum demum id probaturum se tibi confidit, si cum ἡλιτομήνοις aliquot collatus fuerit. Novum, inquam, Apuleium damus, aut renatum verius; sine Notis tamen, hoc est sine phaleris et ephippio: non enim equum damus, sed Asinum aureum tamen. et cum eo quicquid Apuleio huic nostro adscriptum fuit hactenus. Argumenta libris Metamorphoseon praemisimus, ut scopum auctoris videat lector antequam ipsum: ea e Beroaldo desumsimus. De editione hoc unum

primae et secundae Vulcanianae. praeterea, num tu putas Vulcanium ipsum animadversiones suas in Apulei libros philosophicos, quibus primam editionem ornavit, in editione secunda omissurum fuisse? accedit, quod Scaliger in epistula illa memoria digna, qua Casaubono gratias agit pro apologiae editione transmissa, profitetur, se ipsum olim de hac oratione edenda cogitasse[1]): unde colligo, eum studia Apuleiana nunquam prorsus abdicasse. denique in comparationem vocare iuvat Caesaris editionem a Scaligero curatam, de qua Casaubonus (*praef. in Scalig. opp. p. 15*) haec dicit: ‹*prodiit ante paucos annos Lugduni Batavorum Caesaris editio, quam scimus, licet frons libri dissimulet, pumice critico*

---

riatorum . hominum carduos, forte fortuna in rosas incidit, MS. beneficio, nec Asinus ad vos venit profecto, sed homo, patriae sibique redditus. Vale et diligentiae nostrae fave.

dicam, tam dissimilem prioribus esse quam ille Asinus Apuleius sibi, qui iam, post multos diuturnosque errores, forte fortuna in rosas incidit, Clarissimi Vulcanii opera: nec Asinus ad vos venit profecto, sed homo, patriae sibique redditus. Vale et diligentiae nostrae fave.

1) *Isacio Casaubono.*

— — — — *Apologiam tuam, vel potius meam, Wultonus mihi nuper reddidit. Quid, mi Casaubone, parum est te de me privatim bene meritum esse, nisi etiam me hoc publico beneficio onerares? Ecquam gratiam a me uno sperare potes, quam omnes tibi referre debent? Honos in unum collatus est; beneficium ad omnes pervenit. Tamen et honoris, quo me indignum fateor, et beneficii, quod cum publica utilitate coniunctum esse voluisti, et publico nomine et meo gratias ago. Pari liberalitate fortasse te provocarim, nisi verear, ne* χρύσεα χαλκείων. *Sed de his alias. Tuae vero in Apologiam lucubrationes eo magis me oblectarunt, quod, ut taceam nihil me apud eam legisse nisi Casaubono dignum, deprehendi meam de coniungenda Apologia sententiam a te confirmatam esse; quod vulgus ex una oratione duas Apologias effecerat. Triginta et amplius anni sunt, quum admodum iuvenis illam orationem a me emendatam Pictauiis edere decreveram: sed editionem eadem calamitas, quae et reliquorum meorum studiorum cursum interpellavit. — Lugduni Batavorum XII. Kalend. Decemb. CIↃ IↃ XCIIII.* (*Scalig. epist. I 38 edit. Francofurt.*)

magni illius Censoris fuisse expolitam›: vide *Bernays. l. d. p. 292—294.*[1])

Quae cum ita sint, ex exemplari editionis illius Vulcanianae secundae, quod liberaliter ad me transmisit praefectus bibliothecae academicae Vratislaviensis, excerpsi et in conspectu huic editioni affixo exhibui omnes quae ad Apulei apologiam pertinent Scaligeri emendationes, quibus comprobatur hoc Ruhnkeni iudicium (*praef. ad edit. Oud. p. VII*): ‹— *in hac opera vicaria versatus aliquanto religiosius, quam magnus Scaliger: qui, cum posterioris editionis Vulcanianae apud Rapheleng. a. 1600. curam suscepisset, in alieno opere plus sibi sumsit, quam Critices ratio et modestia ferebant.*›

In adnotatione superiore haud inutile visum est non nunquam adicere aliorum scriptorum locos, aptos illos ad verba Apulei illustranda vel ad coniecturas, quas in textu posui, confirmandas. extat inter hos (*pag. 13*) nitidum illud Valeri Aeditui epigramma, cui emendando nuperrime operam dedit Hermannus Vsenerus (*mus. Rhen. a. 1864. XVIIII p. 150*): num periculum medelam ad finem perducendi mihi bene cesserit, ipso ab amico velim audire.[2])

De coniecturis, quibus in apparatu critico argumenta addere nolui perspicuitatis gratia in Apulei commentariis diu desideratae, ne hoc quidem loco dicere attinet, cum mihi proposuerim, et de his et de codice Victoriano supra descripto accuratius disputare in programmate gymnasii nostri Ioachimici autumno huius anni edendo.

Iam vero, priusquam libellum aequo criticorum iudicio commendatum valere iubeo, gratissimo animo profiteor, Apulei existere editorem me non ausurum fuisse, nisi Otto Iahnius, praeceptor carissimus idemque in Apulei scriptis multum versatus, eximiam illam benevolentiam, qua omnes suos discipulos vel post academiam relictam prosequi solet,

1) cf. addenda.
2) cf. addenda.

etiam in hac opera difficillima me experiri voluisset. neque enim satis habuit amicissimo consilio ubique me adiuvare, sed etiam copiam suppeditavit palmarium emendationum, ornamentum huius editionis longe pulcherrimum. denique in plagulis corrigendis mihi non defuit strenuum amicorum auxilium, quibus pariter atque viro illi humanissimo et optime de me merito gratias ago sincerissimas.

Dabam Berolini
mense Iunio MDCCCLXIIII.

ISAACI CASAVBONI PRAEFATIO

Viro illustri Iosepho Scaligero Iul. Caesaris Fil.
Is. Casaubonus
S. D.

Eritne, vir nobilissime, ut tu me putes otio meo abusum, cum hisce diebus recensendae huic quam tibi mitto Orationi, temporis aliquantum posui? Scis enim pater illius quam male apud multos audiat: quam graves de eius Latinitate sententiae vulgo ferantur. Quod si tu idem censes, quid aliud de me, et ea quam hic impendi opera pronunties, nisi bonas horas male me collocasse? Ego vero cum ab eo longe absum, ut ita de hoc scripto (nam reliqua eiusdem nihil moror) existimantibus assentiar: tum eiusdem te mihi iudicii esse, nullus dubito. Nisi enim illorum opinioni accedimus, qui totius Latinitatis fines sex, septem auctorum scriptis contineri putant: quid est cur hic liber lectione ac studio nostro indignus esse videatur? Nam equidem sic censeo: post tempora Antoninorum vix quicquam aliud extare hodie magis *πεπινωμένον*, magis comtum, magis denique Latinum. Aut dicat mihi aliquis, ubi maior quam in hoc tantulo, et eo quidem forensi scripto, eruditionis non protritae copia. quam eleganter, quam docte loci hic aliquot e Philosophia tractantur? quantum in sententiis acumen? quanta in dictione, ut iis temporibus et locis, castitas? Non hic mihi quisquam reperiat ullos *τῶν νοημάτων ὄγκους* et tumores vanos, aut argutiolas ineptas: non

ullas verborum sordes: quae maxima orationis vitia plerisque omnibus eius saeculi auctoribus, et qui deinceps insecuti, fato quodam Eloquentiae et Imperii Romani simul ruentium, adhaesere. At erunt fortasse qui non verborum, sed rerum crimina obiectent: quippe Apologiam hanc, a famoso olim mago pro defensione Magiae scriptam, ab oculis conspectuque nostro esse reiiciendam: more multorum videlicet facient, ut ea damnent quae nunquam legerint, si qui ita sibi persuadebunt. Nos contra, non defensionem hanc esse Magiae, sed gravissimam eiusdem accusationem, audenter affirmamus. Quid enim aliud hinc colligas, quam fuisse omnibus semper sani iudicii hominibus curiosas artes improbatas, et legibus vetitas? ni ita sit, nunquam profecto, ut docte sanctissimus vir Augustinus disputat, tanta contentione, tantoque opere id crimen, ceu omnium maximum a se auctor disertissimus amolitum isset. Quamobrem dabunt, spero, nobis optimi et gravissimi viri voti nostri veniam, quod tam eruditum antiquitatis monumentum non ita lacerum circumferri, neque ita ἀεικέσι πληγαῖς deformari, semper optaverimus. Quamquam votum hoc nostrum nihil aliud nisi votum fuisse, nosque de hac editione nunquam ante hoc tempus, quicquam cogitasse, et liquido iurare ipsi possumus: et norunt illi optime, quorum petitu suscepta mihi et nata haec scriptio est. Nuper adeo cum apud me essent amici quidam et familiares mei, adolescentes has literas apprime docti, et super mensam orto de huius libri mendis sermone, ostendissem iis quae pridem inter legendum, ut fit, ad oram mei codicis adnotaveram: coeperunt vehementer a me contendere, vellem illa ipsa cum studiosis communicare. Quid multa? non ante finem orandi mei fecerunt, quam exorarunt. Haec ita accidisse, meque paene invitum, certe ἑκόντα ἀέκοντι θυμῷ horsum fuisse impulsum, illi ipsi amici mei, quod gaudeo, testimonium mihi apud te perhibebunt. Commodum enim, ut spero et opto, eodem tempore et illi isthuc appellent, et haec nostra in tuas ma-

nus venient. En igitur tibi Iosephe Scaliger princeps eruditorum, paucorum dierum dicam, an horarum foetum: quem etsi ὑπηνέμιον, ausus sum muneri tibi mittere. Nam et gestiebat pridem animus mei in te amoris atque observantiae monumentum aliquod in vulgus edere: et me nunc illustris tui nominis patrocinio cum maxime indigere probe intelligebam. Tu ne auctoritatem defugias, per ego te nostram amicitiam, etiam atque etiam rogo atque obtestor. Debes hoc mihi, vir nobilissime, debes: qui tuis literis ita me nuper excitasti, ita ἐπτέρωσας, ut si quid in hoc negotio confidentius a me sit admissum: id ego non tam meum quam tuum iudicium secutus, peccaverim. Quae ergo eius generis erunt, ea tu, pro divina illa tua aequanimitate quae me non ita pridem in ruborem dedit, excusabis: pro illa singulari eruditione, qua omnes mortales in tui admirationem rapuisti, corriges: ac, pro tuo, tuique parentis illius Sophi, more, quae nobis aliisque sunt incomperta, nos docebis. Deus OPT. MAX. te servet Μουσηγέτα. Vale: et proxima foetura, si vitam idem Deus, si otium concesserit, Athenaeum ac Suetonium a nobis expecta.

Subnectere libet initium Casauboni ‹castigationum› in Apulei apologiam:

In emendando elegantissimo isto libro, usi sumus veteri editione Romana, quae omnium prima anno M.CCCCLXIX. cusa est. ea nobis ad manum semper manuscriptorum loco fuit. Eius ope mendas ex tantulo scripto, plurimas et gravissimas sustulimus. ut qui eorum negligentiam excusem nescio, qui hoc ipsum ante nos professi, tam leviter collatione illius libri sint defuncti. Nos contra eam editionem,

ut omnium minime correctorum manus expertam, et proinde minus corruptam, per omnia secuti sumus: nisi ea manifeste vitiosa esset. Nam et ipsa, praeter quam quod Graeca fere non habuit, graves nec paucas mendas continet. quas nos, Dei virtute, plerasque omnes sagaci coniectura abstersimus. Eiusmodi est quod falsam ἐπιγραφήν, quae orationem unicam, et ut Iurisconsulti loquuntur, actum legitimum, qui necessario continuus esse debet, male dispescebat, emendavimus, quaeque vitio separabantur, coniunximus, et in pristinam integritatem restituimus. Auctoris non esse eam sectionem, nemo sanus in controversiam vocare potest. Nam quare, obsecro, in scribendo orationem divisisset, quam uno tenore apud Procoss. pronuntiasset? quo exemplo? aut quam ob caussam? an quia liber longior erat futurus? nugae. quasi non multae hodie extent et Graecorum oratorum et Romanorum longiores. Deinde quis non videt, totum orationis contextum una propositione contineri, uno epilogo claudi? Non ergo auctoris erat illa τομή: quam propterea iure merito sustulimus. praesertim cum auctoritate summi viri Aurelii Augustini factum nostrum tueri possimus: qui *orationem copiosissimam* hunc librum appellat. nimirum eius aetate nondum exortum erat istud ingeniosorum hominum genus, qui partim ignorantia, partim περιεργίᾳ intolerabili, in bonos auctores pridem grassantur. Eiusmodi hominibus partitionem hanc acceptam ferre debemus: qui etiam Floridorum librum primum in duos non minore flagitio tribuerunt. non enim quatuor, sed tres solum libri Floridorum ab Apuleio sunt relicti. — — — Redeo ad Romanam editionem: ex qua scire volo lectorem plerasque omnes esse emendationes promtas, quarum ratio hoc libro non reddetur. Porro quis ille fuerit qui primus tantum flagitium admiserit, et tot monstra nobis post illam editionem protulerit, pro certo compertum non habemus. puto tamen Berrandum Philomathem Pisanum fuisse, qui eam editio-

nem curavit quae anno M.DXXII. Florentia prodiit: quod ex illius gemina epistola ei editioni praefixa facile quis intelligat. Illi tamen viro, utcunque de caeteris merito, Graeca non pauca quae primus ex suis libris descripsit et edidit, debemus.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Pag. XX *iam praefationi finem imposueram, cum in mentem venit catalogus ille librorum Iosephi Scaligeri, quo nisus Bernaysius virum illustrem Claudiani carmina edidisse nuper demonstravit* (*nov. mus. rhen.* XV *p.* 163—165). *qui catalogus asservatur in bibliotheca academica Kiloniana et hunc habet titulum*: ‹Catalogus Librorum Bibliothecae Illust. Viri Iosephi Scaligeri Iul. Caes. F. Quorum auctio habebitur in aedibus Ludovici Elzevirii bibliop. Lugd. Batav. ad diem 11 Martii Lugduni Batavorum, Ex Officina Thomae Basson 1609. 4. 51 pag. et 8 pag. append.› *ex eodem fonte certi aliquid hauriri posse sperans de Scaligero Apulei editionis Vulcanianae secundae, ut ferunt, auctore, Ottonem Ribbeckium precibus adii, ut mea causa catalogum inspiceret. rescripsit vir officiosissimus, non extare quidem inter libros catalogi editionem illam Vulcanianam secundam, sed inesse indicia, quae ad rem controversam illustrandam apta viderentur. atque ita profecto se res habet. exhibet enim catalogus has editiones Apulei*:

‹*p.* 25: *Apuleii Apologia, cum Notis Casauboni. Commelin. 94.
p. 28: *Apuleius Aldi. 1521.
p. 31: *Apuleius Vulcanii. 12. Lugd. Bat. 94. Idem Wouwerii. 12. Hamburgi 1606.›

asteriscus autem titulis editionum praefixus quid sibi velit, haec notula primi catologi folii indicat: ‹* significat aliquid in eisdem libris ab Illustrissimo Scaligero notatum esse›: *unde virum illustrem ne provecta quidem aetate studia Apuleiana prorsus abdicasse suspicari licet.*

- 7, 3 *verba* munera deum — non obtingunt *uncis inclusi.*
- 12, 9 tam stabilem suspitionem *Al. Riesius.*
- 13, 3 *C. F. W. Muellerus* (*nov. mus. rhen.* XVIIII *p.* 311):

per pectus manat subito *stupido* mihi sudor.
sic tacitus *stupidus supplico deo puero.*

R. Peiperus (*ibid.*):

per pectus manat subito *gelidus* mihi sudor.
sic tacitus *rubidus dum pudeo* pereo.

Pag. 14, 3 et id genus plurima *Brantius*.
- 14, 5—15, 10 *cf. Burmann. anthol. lat.* III 229 *et* 230.
- 19, 3 incomitum] incorruptum *Casaubonus*.
- 19, 8 etsi *etiam Salmasius coniecit*.
- 21, 12 tantum praestat artibus, imaginis ad similitudinem referendum *Meursius*.
- 22, 16 nec] non *Salmasius*.
- 23, 18 uaria *Brantius*.
- 24, 16 obprobratori *Scaliger*.
- 25, 1 seruos tu an habeas *Salmasius*.
- 26, 17 contra haec *Scaliger*.
- 29, 3 philosophi *delevit etiam Salmasius*.
- 29, 8 haberi V *et Salmasius*.
- 33, 15 an *etiam Salmasius coniecit*.
- 35, 11 *et* 14 Zamolxi *et* Zamolxis *scribendum videtur*.
- 37, 27 *dele adnotationem*.
- 40, 22 quod autem uideatur nihil adiutare, dicam unde id coniectem *Scaliger*.
- 42, 2 penitis *Scaliger*.
- 42, 4 Mercurius animarum uector] Mercurius Argi interfector *Peerlkampius bibl. crit. nov.* I *p.* 93.
- 42, 10 num ergo propterea, quicunque quaerit piscem, magus est? *Salmasius*.
- 43, 16 uel id nequierint, mortuum ostendant *Scaliger*.
- 44, 10 ut *etiam Salmasius coniecit*.
- 48, 15—50, 3 *cf. Ribbeck. nov. mus. rhen.* X *p.* 276.
- 52, 11 *ἀμεταμέλητον παιδιὰν ἐν βίῳ παίζειν ante Hertzium et Spengelium iam Gronovius* (*ant. gr.* II *p.* 83) *emendaverat*: *vid. addend. edit. Oudend.* III *p.* 587.
- 55, 13 contingat] cingat *Scaliger*.
- 59, 27 uarii] amari [illegible].
- 60, 11 dulcedo] muccedo *Scaliger*.
- 66, 8 in rebus sacris *Scaliger*.
- 67, 2 forsan ne] fortassean *Brantius*.
- 67, 3 inducat in animum *scribendum est*: *cf. p.* 96, 5.
- 70, 8 ructus sentinam *Peerlkampius l. d. p.* 94.
- 71, 6 solida audacia *Brantius*.
- 79, 21 sancte] sane *Scaliger*.
- 94, 12 ultima *Brantius*.
- 96, 15 subigitarem] sublatrarem *Colvius*.

F: *codex Laurentianus* LXVIII 2.
φ: *codex Laurentianus* XXVIIII 2.
V: *codex Victorianus.*
v: *editio Vicentina a.* 1488.
ς: *lectio vulgata.*
¦: *finis columnarum codicis* F.
|: *finis columnarum codicis* φ.

L. APVLEI MADAVRENSIS

APOLOGIA

SIVE

DE MAGIA LIBER

(p. 377) Certus equidem eram proque uero obtinebam, Maxime Claudi quique in consilio estis, Sicinium Aemilianum, senem notissimae temeritatis, accusationem mei prius apud te coeptam quam apud se cogitatam penuria criminum solis conuiciis impleturum. quippe insimulari quiuis innocens potest, reuinci nisi nocens non potest. quo ego uno praecipue confisus gratulor medius fidius, quod mihi copia et facultas te iudice obtigit purgandae apud imperitos philosophiae et probandi mei. quanquam istae calumniae ut prima specie gra- I
(378) ues, ita ad difficultatem defensionis repentinae fuere. nam, ut meministi, dies abhinc quintus an sextus est, cum me (causam pro uxore mea Pudentilla aduersus Granios agere aggressum) de composito nec opinantem patroni eius incessere maledictis et insimulare

Madauren~ Apulei Platonici de magia liber primus φ. Lucii Apuleii Madaurensis. philosophi Platonici apologiae siue defensionis magiae. ad clarissimum uirum Claudium Maximum proconsularem: pro se. oratio prima. V. *in* F *deest inscriptio.*

eram uero sciebam
1 eram F | uero F | obtinebam φ] Maxime CL Fφ ‖ 2 consiljo F
notorie presumptionis prius te ceptam in tuo iudicio
| notissime temeritatis φ ‖ 3 prius apud . . . . F, apud te coep-
coram te coeptam penuria criminum conuitijs
tam φ | quam am φ ‖ 4 penuria criminum solis conuiciis F,
iniuriis accusari aliquis con
conuiciis φ | insimulari quiuis φ ‖ 5 reuinci φ: re conuinci *Crusius probab. crit. p.* 53 ‖ 7 optigit V ‖ 8 quamquam φv |
accusationes
calumnie φ ‖
l is
9 ita ad *in* F *a manu rec. scriptum* | difficu.tatem φ | defension.. F |
subite t causam aduersus
repentine φ ‖ 10 sex.us φ | causam F, caussam v ‖ 11 aduersus F |
verba Granios — opinantem *in* F *a manu rec. supra scripta sunt; manus pr. evanuit praeter ultimam literam* m |
ag patroni
gressum φ ‖ 12 ...eque F: patroni eorum *Casaubonus* ‖

magicorum maleficiorum ac denique necis Pontiani priuigni mei
coepere. quae ego cum intellegerem non tam crimina iudicio quam
obiectamenta iurgio prolata, ultro eos ad accusandum crebris flagi-
tationibus prouocaui. ibi uero Aemilianus cum te quoque acrius
motum et ex uerbis rem factam uideret, quaerere occepit ex diffi-
II dentia latibulum aliquod temeritati. igitur Pontianum fratris sui
filium, quem paulo prius occisum a me clamitarat, postquam ad
subscribendum compellitur, ilico oblitus est. [de morte | cognati (379)
adolescentis] *sin* subito taceret tanti criminis descriptionem, tamen
ne omnino desistere uideretur calumnia magiae, quae facilius infa-
matur quam probatur, eam solum sibi delegit ad accusandum. ac
ne id quidem de professo audet. uerum postera die dat libellum
nomine priuigni mei Sicini || Pudentis admodum pueri et adscribit (380)
se ei adsistere nouo more per alium lacessendi, scilicet ut obtentu
eius aetatulae ipse insimulationis falsae non plecteretur. quod tu
cum sollertissime animaduertisses et idcirco eum denuo iussisses
proprio nomine accusationem delatam sustinere, pollicitus ita factu-
rum ne sic quidem quitus est ut cominus ageret percelli, ***sed iam*** et
aduersum te contumaciter eminus calumniis uelitatur. ita totiens
ab accusandi periculo profugus in adsistendi uenia perseuerauit. igi- (381)

tian
1 ad denique V | Pon....i F || 2 intelligerem Fφ, intellegerem V || 3 ob-
cum te
tectamenta φ *ex corr.* || 4 cum te F || 5 uūrbis F | fictam (*erat* factam) φ:
dentia
fractam *Groslotius* | accoepit F | diffi...... F || 7 quum *Casaubonus* | cla-
b
mitaret F, clamitarat φv || 8 susscribendum F | iljco F | ***interpunxi post***
oblitus est ***et seclusi verba*** de morte cognati adolescentis || 9 sin ***adieci*** |
descrip
taceret ***scripsi***: tacerem FφV, tacens ς | .... tionem F, descriptione V:
ne
inscriptionem ***vel*** subscriptionem ***Pricaeus*** | tamen .. φ, ne tamen ς | obli-
tus est de morte cognati adolescentis . subito tacere ne tanti criminis descrip-
tionem tamen nec omnino desistere uideretur calumnia magiae ***Oudendorpius***
u audet
| 10 qua facilius ***Burmannus ad Petron.*** c. 62 || 11 q.iam φ || 12 audet F ||
b eius
13 Sicini.. F || 14 assistere FφV | optentu F, o.tentu φ || 15 ej F || 16 soler-
tissime v | animauertisses φ | iccirco v || 17 ita φ *ex corr.* || 18 quintus φ | ut
ut φ, ubi ut v: tibi ut *Gruter. suspic. ined.* *XX* 10 | percellis FV, perpellis φ:
propelli *Gruterus* | sed iam *Bosscha*: etiam et Fφ, et *om.* v || 19 contumacibus
Brantius || 20 assistendi φ | in ads. uice *Fulvius*, in ads. umbra *Stewechius* ||

tur et priusquam causa ageretur, facile intellectu cuiuis fuit, qua-
lisnam accusatio futura esset, cuius qui fuerat *auctor* et machinator
idem fieri *professor* timeret, ac praesertim Sicinius Aemilianus, qui
si quippiam ueri in me explorasset, nunquam profecto tam cunc-
tanter hominem extraneum tot tantorumque criminum postulasset,
qui auunculi sui testamentum quod uerum sciebat pro falso infamarit,
tanta quidem pertinacia, ut cum Lollius Vrbicus V. C. uerum uideri
(382) et ratum esse debere de consilio consularium uirorum pronuntiasset,
contra clarissim*a* uoc*e* iurauerit uecordissimus iste tamen, illud te-
stamentum fictum esse, adeo ut aegre Lollius Vrbicus ab eius per-
nicie temperarit. quam quidem uocem et tua aequitate et mea III
in|nocentia fretus spero in hoc quoque iudicio eruptur*um*, quippe f. 1b.
qui sciens innocentem criminatur eo sane facilius, quod iam, ut
(383) dixi, mentiens apud praefectum urbi in amplissima causa conuictus
est. namque peccatum semel ut bonus quisque postea sollicitius
cauet, ita qui ingenio malo est confidentius integrat, ac iam de ce-
tero quo saepius, eo apertius delinquit. pudor enim ueluti uestis
quanto obsoletior est, tanto incuriosius habetur. et ideo necessarium
arbitror pro integritate pudoris mei, priusquam ad rem aggrediar,
male||dicta omnia refutare. sustineo enim non modo meam, uerum f. 105a.
etiam philosophiae defensionem, cuius magnitudo uel minimam re-
prehensionem *pro maximo* crimine aspernatur: propter quod paulo
prius patroni Aemiliani multa in me proprie conficta et alia commu-
niter in philosophos *consuta* ab imperitis mercennaria loquacitate ef-

1 prius qu.. φ ‖ 2 professor et machinator, idem fieri auctor Fφv: *transposuit Pricaeus* ‖ 3 timere F | *post* Aemilianus *in* F *rasura* ‖ 4 num-[tra (*man. pr.*)]quam v | contanter v ‖ 5 excidoneum φ ‖ 6 infamarit ς, infamaret Fφv ‖ 7 *post* pertinacia *in* F *rasura*, perti..... φ, peruicatia v | *post* Lollius Vrbicus *in* F *rasura magna, in qua extat nihil nisi:* C | Lolius v ‖ 8 consiliarium *Lipsius*, clarissimorum *Salmasius* | pronunciasset φv ‖ 9 clarissimam uocem Fφv: *emendavit Casaubonus* ‖ 10 Lolius v | ej F ‖ 12 erupturam Fφv: *emendavit Casaubonus* ‖ 14 dixit φ | urbis φ ‖ 16 *post* malo est *in* F *rasura* ‖ 18 obsolentior φV | est *in* F *deletum* | incurio...s F ‖ 21 cu˜ıa˜ F, cuıa φ, cuıa˜ V, cuius ς ‖ 22 p .... XI | mo crimine F, proximo crimine φV, proximam crimini ς: pro maximo crimine *Elmenhorstius*, pro summo crimine *Lipsius* | propterea *Colvius* ‖ 23 in me p˜e φ | comuniter Fφ ‖ 24 consuta *scripsi*: sueta F *in rasura*, sueta ficta φ, sueta V: iacta *Crusius l. d. p.* 53, dicta *Vlitius ad Grat. Cyneg.* 379, inuenta *Iahnius* ‖ 24 mercena-[u]ria Fφ, mercennaria v | effitierunt φ ‖

futierunt. quae etsi possunt ab his *f*utiliter blaterata ob mercedem (384) et auctoramento inpudentiae de*pen*sa haberi, iam concesso quodam more *r*abulis id genus, quo ferinae solent linguae suae uirus alieno dolori locare, tamen uel mea causa paucis refellenda sunt, ne is qui (385) sedulo laboro, ut ne quid maculae aut inhonestamenti in me admittam, uidear cuipiam, si quid ex friuolis praeteriero, id agnouisse potius quam contempsisse. est enim pudentis animi et uerecundi, ut mea opinio fert, uel falsa uituperatione grauari, cum etiam hi qui sibi delicti alicuius conscii sunt, tamen cum male audiunt, impendio commoueantur et obirascantur, quanquam, exinde ut male facere | coeperunt, consueuerint male audire. quod si a ceteris silentium est, tamen ipsi sibimet conscii sunt, posse se merito increpari. enimuero bonus et innoxius quisque rudis et imperitas auris ad male audiendum habens et laudis assuetudine contumeliae insolens multo tanto ex animo laborat, ea sibi immerito dici quae ipse (386) possit aliis uere obiectare. quod si forte inepta uidebor et oppido friuola uelle defendere, illis debet ea res uitio uerti, quibus turpe est etiam haec obiectasse, non mihi culpae dari, cui honestum erit etiam haec diluisse.

IIII Audisti ergo paulo prius in principio accusationis ita dici: 'accusamus apud te philosophum formosum et tam graece quam latine' — pro nefas — 'disertissimum'. nisi fallor || enim, his ipsis uerbis accusationem mei ingressus est Tannonius Pudens, homo uere ille quidem non disertissimus. quod utinam tam grauia formae et facundiae crimina uere mihi opprobrasset: non difficile ei respondissem, quod Homericus Alexander Hectori:

1 possis v | futiliter *Colvius*: utiliter Fφv | blatterata v || 2 autoramento impudentiae v: auctoramenta *Casaubonus* | depensa *Casaubonus:* deprensa Fφv || 3 rabulis *Colvius:* fabulis Fφv | ferme φv || 4 *post* is *in* F *rasura* || 6 fri[u]bolis F | ignouisse v || 8 uitu[pe]..ratione F, uitu[pe]..rationes φ || 10 ob[i]rascantur φ | quamquam φv | exinde ubi v || 13 auris[e] φ || 14 quanto contumeliae ς || 15 tante F, tanta φV, tanto ς || 16 oblectare φ | *post* obiectare *in* F *rasura* || 17 uorti φ || 18 ob[i]lectasse φ || 20 audisti igitur φ || 22 p nefas Fφ, proh v | di.sertissimum F | hijs F || 23 F *in margine*: accusatio propter formositatem et ad eam responsiones || 25 michi F || 26 quod *in* F *a manu rec. scr.* | Omericus Fφ ||

οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,
ὅσσα κεν αὐτοὶ δῶσιν, ἑκὼν δ' οὐκ ἄν τις ἕλοιτο.

[munera deum gloriosissima nequaquam aspernanda: quae tamen ab ipsis tribui sueta, multis uolentibus non obtingunt.] haec ego de forma respondissem. praeterea: licere etiam philosophis esse uultu (387) liberali: Pythagoram qui primum se esse philosophum nuncuparit, eum sui saeculi excellentissima forma fuisse: item Zenonem illum antiquum Velia oriundum, qui primus omnium * sollertissimo artificio ambifariam dissoluerit, eum quoque [Zenonem] longe decorissi- (388) mum fuisse, ut Plato autumat: itemque | multos philosophos ab f. 2a.

1 Hom. Il. Γ 65 sq.
6 Laert. Diog. I prooem. 12: φιλοσοφίαν δὲ πρῶτος ὠνόμασε Πυθαγόρας καὶ ἑαυτὸν φιλόσοφον, ἐν Σικυῶνι διαλεγόμενος Λέοντι τῷ Σικυωνίων τυράννῳ ἢ Φλιασίων, καθά φησιν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῇ περὶ τῆς ἄπνου· μηδένα γὰρ εἶναι σοφὸν [ἄνθρωπον] ἀλλ' ἢ θεόν. VIII 1, 8: Σωσικράτης δ' ἐν Διαδοχαῖς φησιν αὐτὸν ἐρωτηθέντα ὑπὸ Λέοντος τοῦ Φλιασίων τυράννου τίς εἴη, φιλόσοφος, εἰπεῖν.
7 Laert. Diog. VIII 1, 11: καὶ γὰρ καὶ σεμνοπρεπέστατος λέγεται γενέσθαι καὶ οἱ μαθηταὶ δόξαν εἶχον περὶ αὐτοῦ ὡς εἴη Ἀπόλλων ἐξ Ὑπερβορέων ἀφιγμένος.
8 Laert. Diog. VIIII 5, 25: περὶ τούτου καὶ Μελίσσου Τίμων φησὶ ταῦτα·

ἀμφοτερογλώσσου τε μέγα σθένος οὐκ ἀλαπαδνὸν
Ζήνωνος πάντων ἐπιλήπτορος ἠδὲ Μέλισσον
πολλῶν φαντασμῶν ἐπάνω, (?) παύρων γε μὲν ἥσσω.

10 Plat. Parmenid. p. 127 b: τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην εὖ μάλα δὴ πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιόν, καλὸν δὲ κἀγαθὸν τὴν ὄψιν, περὶ ἔτη μάλιστα πέντε καὶ ἑξήκοντα· Ζήνωνα δὲ ἐγγὺς ἐτῶν τετταράκοντα τότε

1–2 *ου*T...N...NTЄC.TIΘЄωNЄPIKYdЄ.dω.α OCCαKεNαυTοι δω..εlCωNdoY...TICЄΛOITO F, oyte iano bantec ti θεω Nepucy dωjα OCCαKeNaytoιdωCinelCωNdoyKαntiCeloyto φ, OVTOIAΠOBΛHTЄCTI ΘЄωNЄPIKYdЄA dωPαOCCAKЄNAYTOI dωCINЄKωNdoYKANTICЄ ΛOITO V || 3 dm̄ F | aspernunda FφV | tam̄ F || 5 uoltu V || 6 F *in margine*: pithagoras primus phylosophus appellatus | pithagoram Fφ | *malim* primus | sese philosophum *Lipsius* || 7 senonem φ || 8 Veli.[a] F | *post* omnium *lacunam significavi; vulgo addunt* dictionem | *pro* omnium *coniecerunt Salmasius* orationem, *Handius* (*Tursell. I. p.* 286) omnium omnia, *Bosscha* omnia, *Hildebrandius* omnimoda || 9 dissolueret φv | senonem φ: *nomen expungendum est* | *post* Zenonem *excidisse* et Parmenidem *putat Scipio Gentilis* || 10 et Platonem autumant *Brantius* ||

ore honestissimos memoriae prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis ornauerint. sed haec defensio, ut dixi, aliquam multum a me remota est, cui praeter formae mediocritatem continuatio etiam literati laboris omnem gratiam corpore deterget, habitudinem tenuat, succum exsorbet, colorem obliterat, uigorem debilitat. capillus ipse, quem isti aperto mendacio ad lenocinium decoris promissum dixere, uides quam non sit amoenus ac delicatus, horrore implexus atque impeditus, stuppeo tomento adsimilis et inaequaliter (389) hirtus et globosus et congestus, prorsum inenodabilis diutina incuria non modo comendi, sed saltem expediendi et discriminandi. satis, ut puto, crinium crimen quod illi quasi capitale intenderunt refutatum.

V De eloquentia uero, si qua mihi fuisset, neque mirum neque (390)
f. 105b. inuidiosum deberet uideri, *qui* ab ineunte aeuo||unis studiis literarum ex summis uiribus deditus, omnibus aliis spretis uoluptatibus ad hoc aeui, haud sciam anne super omnis homines impenso labore diuque noctuque cum despectu et dispendio bonae valetudinis eam quaesissem. sed nihil ab eloquentia metuant, quam ego, si quid

εἶναι, εὐμήκη δὲ καὶ χαρίεντα ἰδεῖν· καὶ λέγεσθαι αὐτὸν παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου γεγονέναι. — Laert. Diog. VIIII 5, 25: ὁ δὴ Ζήνων διακήκοε Παρμενίδου καὶ γέγονεν αὐτοῦ παιδικά. καὶ εὐμήκης ἦν, καθά φησι Πλάτων ἐν τῷ Παρμενίδῃ, ὁ δ' αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ καὶ Ἐλεατικὸν Παλαμήδην αὐτὸν καλεῖ. φησὶ δ' Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Σοφιστῇ εὑρετὴν αὐτὸν γενέσθαι διαλεκτικῆς, ὥσπερ Ἐμπεδοκλέα ῥητορικῆς.

2 ornauerint [runt] F, ornauere~ [runt] φ, ornauerint V || 3–5 F *in margine*: Continuatio studii omnem gratiam cor[is] deterget, habitudinem tenuat, sucum exorbet, colorem obliterat, uigorem debilitat || 3 c~linua~o F || 4 literati [literati] F || 5 sucum v | exorbet φ | oblitterat v || 6 F *in margine*: De capillo | qm [m] φ || 7 non *om.* V || 8 impexus *Scaliger* | to.mento Fφ, tormento v | assimilis F || 9 hirtus Fφ | p~su~ F | *post* inenodabilis *in* F *rasura* || 10 concinnandi *Crusius l. d. p.* 53 | expedi . . . . F || 11 *ante* satis *in* F *rasura* | quasi ut *Colvius* | intende~ F || 12 refutatum *scripsi*: refutatur FφV, refutatum est ς || 13 F *in margine*: De eloquentia || 14 qui *Oudendorpius*: si Fφv | litterarum v || 15 ex] et *Stewechius* || 16 omnes φ || 17 etiam et *Oudendorpius* | ualetudinis [i] F, ualetudinis φ, ualitudinis v || 18 nichil φ ||

omnino promoui, potius spero quam praesto. sane quidem, si uerum est, quod Statium Caecilium in suis poematibus scripsisse dicant, innocentiam eloquentiam esse: ego uero profiteor ista ratione ac praefero, me nemini omnium de eloquentia concessurum. quis enim me hoc quidem pacto eloquentior uiuat, quippe qui nihil unquam cogitaui, quod eloqui non auderem? eundem me aio facundissimum esse; nam omne peccatum semper ne|fas habui: eundem disertissimum, quod nullum meum factum uel dictum extet, de quo disserere publice non possim ita, ut iam de uersibus dissertabo, (391) quos a me factos quasi pudendos protulerunt, cum quidem me animaduertisti cum risu illis succensentem, quod eos absone et indocte pronuntiarent.

Primo igitur legerunt e ludicris meis epistolium de dentifricio uersibus scriptum ad quendam Calpurnianum, qui cum aduersum me eas literas promeret, non uidit profecto cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. nam petisse eum a me aliquid tersui dentium, uersus testantur: VI

Calpurniane, salue, properis uersibus.
misi, ut petisti, mundicinas dentium,

2 v. 248 ed. Ribb. (... innocéntia eloquéntiast).

2 dicana.. (ca. superscr.) *et in margine* cān (laudo superscr.) F, dicanto φ, dicant v ‖ 4 ac praefero ista ratione *Iahnius* ‖ 5 haec v | *ante* uiuat *in* F *rasura* | nichil φ ‖ 8 disertissimū... (iss (*man. pr.*) superscr.) F | exet φ ‖ 9 deserere φ, diserere v | possim] *sequitur in* F *rasura* | ita] *cum eis quae antecedunt coniunxit Iahnius* | uorsibus (ó superscr.) F, uorsibus (e superscr.) φ | disertabo v ‖ 11 suscensentem (c superscr.) F, suscensentem φ ‖ 12 pronunciarent φv ‖ 13 dentifrigio (c superscr.) F, dentifrigio φ ‖ 14 quemdam v | Calpunianum (r r superscr.) φ: quondam ad C. *Iahnius* ‖ 15 litteras v | inuidit F, non uidit φv ‖ 16 *malim* sibi mecum ‖ 17 dentium ς, dentibus FφV ‖ 18–*p.* 10, 6 *versus disposui Casaubonum et Pricaeum secutus: in* F *et* φ *verba* misi *usque ad* uideri *desunt post* uersibus, *secuntur autem postea cum signo* ⊦ *in margine*: *vulgo verba* nisi forte --- *usque ad* nolit uideri *excipiunt versum*: Calpurniane -- uersibus ‖ 18 p perii (s superscr.) F ‖ 19 petiuisti *Gruterus* | munditias F, mundicias φv: mundicinas *Lipsius*, munditias has *Salmasius*, tibi munditias *Goesius* ‖

f. 105b. f. 2a. Ed. Oudend.

nitelas-oris ex Arabicis frugibus, (392)
tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
complanatorem tumidulae || gingiuulae,
conuerritorem pridianae reliquiae,
ne qua uisatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

quaeso, quid habent isti uersus re aut uerbo pudendum? quid omnino, quod philosophus suum nolit uideri? nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem multo aequius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina (393)

dentem atque russam pumicare gingiuam.

VII Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentis, cum munditias oris uidelicet orator ille aspere accusaret et dentifricium tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam uenenum. quidni? crimen haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis apertum immundum pati ac fetulentum, f. 2b. praesertim | os, cuius in propatulo et conspicuo usus homini cre- (394) berrimus, siue ille cuipiam osculum ferat, seu cum quiquam sermocinetur, siue in auditorio dissertet, siue in templo preces alleget: omnem quippe hominis actum sermo praeit, qui, ut ait poeta praecipuus, dentium muro proficiscitur. dares nunc aliquem similiter grandiloquum: diceret suo more, cum primis cui ulla fandi cura

11—12 XXXVIIII 17—21: nunc Celtiber es: Celtiberia in terra, | quod quisque minxit, hoc sibi solet mane | dentem atque russam d e f r i c a r e gingiuam, | ut quo iste uester expolitior dens est, | hoc te amplius bibisse praedicet loti.

22 Hom. Od. α 64: τέκνον ἐμόν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.

1 rupibus *Salmasius* || 3 tumidule φ || 5 ne quae *Goesius* || 8 nollit F (e *supra*), nollit φ || 10 miserim φ *ex corr.; erat* miseram || 13 munditias Fv, mundicias φ || 14 asper accusator *Gruter. susp. ined. XX* 10 || 15 quid? an crimen *Meursius* || 16 .... F (philosopcho *supra*) | nichil φ | sordium *Colvius* || 17 asperum *Stewechius. an exciderunt verba:* et opertum? | mundum FφV, immundum ς || 19 quicquam Fφv: quiquam *Colvius*, quoquam *Pricaeus* || 20 auditorio φ (a *supra*) | disertet v || 21 *verba* omnem-praeit *suspecta* || 23 suo iure *Lipsius* ||

sit, impensius cetero corpore os colendum, quod esset animi uestibulum et orationis ianua et cogitationum comitium. ego certe pro meo captu dixerim, nihil minus quam oris illuuiem libero et liberali uiro competere. est enim ea pars hominis loco celsa, uisu prompta, usu fecunda. nam quidem feris et pecudibus os humile et deorsum ad pedes deiectum, uestigio et pabulo proximum, nunquam ferme nisi mortuis aut ad morsum exasperatis conspicitur: hominis uero nihil prius tacentis, nihil saepius loquentis contemplere. uelim igitur censor meus Aemilianus respondeat, unquamne ipse soleat pedes VIII
lauare: uel, si id non negat, contendat maiorem curam munditia-
(395) rum pedibus quam dentibus inpertiendam. plane quidem, si quis ita ut tu, Aemiliane, nunquam ferme os suum nisi maledictis et calumniis aperiat, censeo, ne ulla || cura os percolat, neque ille exotico f. 106a.
puluere dentis emaculet, quos iustius carbone de rogo obtriuerit, neque saltem communi aqua perluat: quin ei nocens lingua mendaciorum et amaritudinum praeministra semper in fetutinis et olenticetis suis iaceat. nam quae, malum, ratio est, linguam mundam et laetam, | uocem contra spurcam et tetram possidere, uiperae ritu niueo denticulo atrum uenenum inspirare? ceterum qui sese sciat rationem prompturum neque inutilem neque iniucundam,
(396) eius merito os, ut bono potui poculum, praelauitur. et quid ego de homine nato diutius? belua immanis, crocodilus ille qui in Nilo gignitur, ea quoque, ut comperior, purgandos sibi dentis innoxio

22 — p. 12, 4 Herod. II 68: ἅτε δὴ ὢν ἐν ὕδατι δίαιταν ποιεύμενον, τὸ στόμα ἔνδοθεν φορέει πᾶν μεστὸν βδελλέων. τὰ μὲν δὴ ἄλλα ὄρνεα καὶ θηρία φεύγει μιν. ὁ δὲ τροχίλος εἰρηναῖόν οἵ ἐστι, ἅτε ὠφελεομένῳ πρὸς αὐτοῦ· ἐπεὰν γὰρ ἐς τὴν γῆν ἐκβῇ ἐκ τοῦ ὕδατος ὁ κροκόδειλος καὶ ἔπειτεν χάνῃ (ἔωθε γὰρ τοῦτο ὡς ἐπίπαν ποιέειν πρὸς τὸν ζέφυρον), ἐνθαῦτα

3 nichil φ | illubiem F, illuuie φ || 5 facunda FφV, fecunda ς | *post* humile *in* F *rasura* || 6 numquam v || 8 nichil φ | nichil φ || 9 umquamne v || 10 contendatne —? *Iahnius* | mundiciarum φv || 11 impertiendam φ, imperciendam v || 12 numquam v || 13 neque ullo *Latinius*, neque illo *Gulielmus* || 14 obteruerit φV || 15 mendaciorum noe φ || 17 oleticetis *Floridus* | malum] *uncis inclusit Hildebrandius* || 18 lętam F, letam φ, laetam V, lotam ς || 20 orationem *Stewechius* | iniocundam φ || 21 ej F | praelabitur Fv, praelauitur φ: praelauetur *Stewechius*, praelauabitur *Latinius* || 22 noto *Goesius* | belua Fφv | crocodillus Fφv || 23 uti v ||

hiatu praebet. nam quod est ore amplo, sed elingui et plerumque in aqua recluso, multae *hirudines* dentibus implectuntur: eas illi, cum egressus in praeripia fluminis hiauit, una ex [auibus] fluuialibus (397) amica auis iniecto rostro sine noxae periculo exsculpit.

VIIII Mitto haec. uenio ad ceteros uersus, ut illi uocant, amatorios, (398) quos tamen tam dure et rustice legere, ut odium mouerent. sed quid ad magica maleficia, quod ego pueros Scriboni Laeti, amici mei, carmine laudaui? an ideo magus, quia poeta? quis unquam fando audiuit tam similem suspitionem, tam aptam coniecturam, tam proximum argumentum? 'fecit uersus Apuleius'. si malos, crimen est, nec id tamen philosophi sed poetae: sin bonos, quid accusas? 'at enim ludicros et amatorios fecit'. num ergo haec sunt crimina mea, et nomine erratis, qui me magiae detulistis? fecere tamen et alii talia, etsi uos ignoratis: apud Graecos Teius quidam (399)

ὁ τροχίλος ἐσδύνων ἐς τὸ στόμα αὐτοῦ καταπίνει τὰς βδέλλας· ὁ δὲ ὠφελεύμενος ἥδεται καὶ οὐδὲν σίνεται τὸν τροχίλον. — Aristot. VIIII 6 p. 612a. — Aelian. de natur. anim. III 11: ὁ γοῦν κροκόδειλος νήχεταί τε ἅμα καὶ κέχηνεν· ἐμπίπτουσιν οὖν αἱ βδέλλαι ἐς αὐτὸν καὶ λυποῦσιν· ὅπερ εἰδὼς ἰατροῦ δεῖται τοῦ τροχίλου· πλήρης γὰρ αὐτῶν γενόμενος ἐπὶ τὴν ὄχθην προελθὼν κατὰ τῆς ἀκτῖνος κέχηνεν· ὁ τοίνυν τροχίλος ἐμβαλὼν τὸ ῥάμφος ἐξάγει τὰς προειρημένας· καρτερεῖ καὶ ὠφελούμενος ὁ κροκόδειλος καὶ ἀτρεμεῖ· καὶ ὁ μὲν ἔχει δεῖπνον τὰς βδέλλας, ὁ δὲ ὀνίναται, καὶ τὸ μηδὲν ἀδικῆσαι τὸν τροχίλον λογίζεταί οἱ μισθόν.

set
1 set F ‖ 2 hirudines *Casaubonus:* arudines F *ex corr.* (*manu pr. plane*
c
deleta), arundines φ v | imple.tuntur φ ‖ 3 praerupta *vel* praeripia *Pri-*
iniecto
caeus | auibus *esse glossema putat Brantius* ‖ 4 amica eius ς | iniecto F
tam
| ro...o F *in rasura* | exculpte φ, exculpit v, exscalpit ς ‖ 6 ~ F | dure
nd
et rustice F *ex corr. in rasura* ‖ 7 Scribonii F ‖ 9 fa..o F | similem] *cor-*
ruptum; *fortasse* ueri similem | suspicionem Fφv | aptam *in* F *corr. a manu*
p e
pr. in rasura, apertam φ, aptam v ‖ 10 proxumum φ | uorsus φ | crimen
est *in* F *corr. a manu pr. in rasura* ‖ 11 poetae *in* F *corr. a manu recent.* ‖ 12
et
non ergo *Fulvius*, nonne ergo *Pricaeus* ‖ 13 et F | nonne errastis *Scioppius*,
numne errastis *Meursius* | fecere F *ex corr.* ‖ 14 et si Fφv ‖

et Lacedaemonius et *Cius* cum aliis innumeris; etiam mulier Les-
(400) bia, lasciue illa ‖ quidem tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguae suae dulcedine carminum commendet; apud nos uero Aedituus et Portius et Catulus, isti quoque | cum aliis innumeris. 'at philoso- f. 3a.
phi non fuere'. num igitur etiam Solonem fuisse serium uirum et philosophum negabis? cuius ille lasciuissimus uersus est:

μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος.

3 Gell. XVIIII 9, 10—14: tum resupinus, capite conuelato, uoce admodum quam suaui, uersus cecinit Valeri Aeditui, ueteris poetae, item Porcii Licini et Q. Catuli, quibus mundius, uenustius, limatius, tersius, Graecum Latinumue nihil quicquam reperiri puto. Aeditui uersus:

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
Quid mi abs te quaeram: uerba labris abeunt,
Per pectus manat subito [*gelidus*] mihi sudor.
Sic tacitus *cupidus dum pudeo* pereo.

Atque idem alios uersus eiusdem addidit, non hercle minus dulces, quam priores:

Qui faculam praefers, Phileros, quaest ni(hi)l opus nobis?
Ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
Istam nam potis est uis saeua extinguere uenti
Aut imber caelo candidus (?) praecipitans.
At contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
Nullast quae possit uis alia opprimere.

Item dixit uersus Porcii Licini hosce:

Custodes ouium teneraeque propaginis, agnum, (?)
Quaeritis ignem? Ite huc. Quaeritis? Ignis homost.
Si digito attigero, incendam siluam simul omnem,
Omne pecus flammast, omnia qua uideo.

Quinti Catuli uersus illi fuerunt:

Aufugit mi(hi) animus. Credo, ut solet, ad Theotimum
Deuenit. Sic est: perfugium illud habet.
Qui, si non interdixem, (?) ne illunc fugitiuum
Mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
Ibimus quaesitum. Verum, ne ipsi teneamur,
Formido. Quid ago? Da, Venus, consilium.

7 Plut. Amat. c. 5: εὖ γε νὴ Δία, ἔφη, τοῦ Σόλωνος ἐμνήσθης καὶ χρη-

1 Cius *Bosscha*: ciuis Fφv: Ceus *Colvius*, Cous *Brantius*, Chius *Groslotius* | et etiam *Bosscha* di (*man. pr.*) ‖ 3 dulcene F ‖ 4 Porcius φ | Catullus v ‖ 5 uerum et Fφ, uirum atque v: serium seuerum et *Hildebrandius* ‖ 7 MbPωN

et quid tam petulans habent omnes uersus mei, si cum isto uno contendantur? ut taceam scripta Diogenis Cynici et Zenonis Stoicae sectae conditoris, id genus plurima. recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere:

et Critias mea delic*ia est et* salua, Charine, (401)
pars in amore meo, uita, tibi remanet. (402)
ne metuas: nam me ignis et ignis torreat ut uult,
hasce duas flammas, dum potiar, patiar.
hoc modo sim uobis, unus sibi quisque quod ipse est:
hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.

recitem nunc et alios, quos illi quasi intemperantissimos postremum legere:

florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono.
carmina dono tibi, serta tuo genio: (403)

στέον αὐτῷ γνώμονι τοῦ ἐρωτικοῦ ἀνδρός·
ἔσθ' ἥβης ἐρατοῖσιν ἐπ' ἄνθεσι παιδοφιλήσῃ
μηρῶν ἱμείρων καὶ γλυκεροῦ στόματος. (frgm. 25 Bergk.)
cf. Athen. p. 602 e.
2 Laert. Diog. VI 2, 80 de Diogene: φέρεται δ' αὐτοῦ βιβλία τάδε· διάλογοι — — — — — — — Ἐρωτικός — — —. VII 1, 34 de

ΙΜЄΙΡωΝ (ЄΙΜЄΙΡωΝ φ) ΚΑΙ ΓΛΥΚЄΡΟΥ CΤΟΜΑΤΟC Fφ, Mb ρωΝ ЄΙ ΜЄΙΡωΝ ΚΑΙ ΓΛVΚЄΡΟV CΤΟΜΑΤΟC V ‖

2 Dyogenis Cinici Fφ ‖ 3 plurima F: pluria *Casaubonus* | me *in* F *supra scr. a manu pr.* ‖ 5 cricias φ | mea deli*tescet salua*] *in* F *a manu sec. scr. in rasura*, meą delicie stet salua φ, mea deliti stet salua V: delicia est et *scripsi et interpunxi post* salua | delicia et sol alme, Charine *Scaliger ad Propert.* III 22, 15 *p.* 321, *in Catal. p.* 205, delicia et lux alme Charine *Pricaeus*, delicies et salue Charine *Salmasius*, delicies sit salua *Casaubonus*, delicia et tu salue *Wowerus*, delicia stet salua Charine *B. Pius*, delicies. Si salua *Gruterus* ‖ 6 pax v: fax *Vulcanius*, par in amore meo biga tibi remanens *Scaliger in Catal. p.* 284. | *versus* 1 *et* 2 *sic restituit Pithoeus*: et Critias mea delicies, et salue Charine, | par in amore meo, uita, tibi remanet. *Lipsius:* ut Critias mea delicies, sic salua, Charine, | pax in amore meo, uita, tibi remanet. *Acidalius:* sic Critias mea delicies, ut uita, Charine, | pars in amore meo salua tibi remanet ‖ 7 ne me ignis *Fulvius* ‖ 8 dum potiar, patiar *Acidalius:* dum potior Fφ, dum potiar V | patiar F ‖ 10 eritis *in* F *corr. a manu sec.* ‖ 11 intemperantissimos *in* F *corr. a manu sec.*, intemperatissimos v ‖ 12 F *in margine sinistro:* p̃s. ‖ 13 merum mel *Colvius* ‖

carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur,
quae bis septeno uere tibi remeat:
serta autem, ut laeto tibi tempore tempora uernent,
aetatis florem floribus ut decores.
tu mihi des contra pro uerno flore tuum uer,
ut nostra exuperes munera muneribus.
pro implexis sertis complexum corpore redde,
proque rosis oris sauia purpurei.
(404) quod si animum inspires, dona et iam carmina. nostra
(405) cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi comissatoris de X sertis et canticis compositum. hic illud etiam reprehendi animad|uertisti, quod, cum aliis nominibus pueri uocentur, ego eos Charinum || et Critiam appellitarim. eadem igitur opera accusent C. Ca- f. 106b. tullum, quod Lesbiam pro Clodia nominarit, et Ticidam similiter, quod, quae Metella erat, Perillam scripserit, et Propertium, qui
(406) Cynthiam dicat, Hostiam dissimulet, et Tibullum, quod ei sit Plania in animo, Delia in uersu. et quidem C. ***Lucilium,*** quamquam sit

Zenone: περί τ᾽ ἐρωτικῶν διείλεκται κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐπιγραφομένης ἐρωτικῆς τέχνης· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς Διατριβαῖς τὰ παραπλήσια γράφει.

1 Critiae *Groslotius* | optata (optata *supra*) F: exoptata *Brantius*, aptata colatur *Burmannus* || 2 uere *in* F *corr. a manu sec.* || 3 au' (autem *supra*) F || 5 des *scripsi*: das FφV, da ς || 6 exaeques *Pricaeus* || 7 plexis *Francius* || 8 sabia FV || 9 aulum inspires *Salmasius*, animam inspires *Colvius*, Amor inspiret *Piersonus* | nam FV: *in* φ *est rasura ante* iam | *post* carmina *interpunxit Lipsius* || 10 calamo] alloquio *Gruterus* || 11 abes v | carmen *Vulcanius* | comisatoris Fφ, commissatoris v || 13 puri (e *supra*) *in* F *corr. a manu pr.* || 14 crician φ, Criciam v | Catulum Fφ, Catullum v || 15 Ticidam] Licinium *Barthius advers.* 37,22 || 17 Cunthiam Fφv | Hostiliam *Passeratius* | Plania] Flauia *Casaubonus* || 14—17 F *in margine:*

Catulus les biam pro Clodia
Ticidam perillam † Metella
propertius Cinthiam pro hostia
Tibullus Deliam pro Plania ||

18 Lucilium *Lipsius*: Lucullum Fφv: Lucretium *Scipio Gentilis*, Lucillium quanquam sit satyricus *Casaubonus* ||

iambicus, tamen improbarim, quod Gentium et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit. quanto modestius tandem Mantuanus poeta, qui itidem ut ego puerum amici sui Pollionis (407) bucolico ludicro laudans et abstinens nominum sese quidem Corydonem, puerum uero Alexin uocat. sed Aemilianus, uir ultra Vergilianos opiliones et bussequas rusticanus, agrestis quidem semper et barbarus, uerum longe austerior, ut putat, Serranis et Curiis et Fabriciis, negat id genus uersus Platonico philosopho competere. etiamne, Aemiliane, si Platonis ipsius exemplo doceo factos? cuius nulla carmina extant nisi amoris elegia; nam cetera omnia, credo quod tam lepida non erant, igni deussit. disce igitur uersus Platonis philosophi in puerum Astera, si tamen tantus natu potes literas discere:

ἀστὴρ πρὶν μὲν ἔλαμπες ἐνὶ ζωοῖσιν Ἑῷος·
νῦν δὲ θανὼν λάμπεις Ἕσπερος ἐν φθιμένοις.

1 Nonius p. 110 (p. 76 R.): flaccet, languet, deficit. Lucilius lib. VII: hic est Macedo, si Agrion longius flaccet.

9 Laert. Diog. III 29: Ἀρίστιππος δ' ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ παλαιᾶς τρυφῆς φησιν αὐτὸν Ἀστέρος μειρακίου τινὸς ἀστρολογεῖν συνασκουμένου ἐρασθῆναι, ἀλλὰ καὶ Δίωνος τοῦ προειρημένου. ἔνιοι δὲ καὶ Φαίδρου φασί· δηλοῦν δὲ τὸν ἔρωτα αὐτοῦ τάδε τὰ ἐπιγράμματα, ἃ καὶ πρὸς αὐτοῦ γενέσθαι εἰς αὐτούς· ‹Ἀστέρας εἰσαθρεῖς, Ἀστὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην | οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.› καὶ ἄλλο· ‹Ἀστήρ — φθιμένοις.› εἰς δὲ τὸν Δίωνα ὧδε· ‹Δάκρυα μὲν Ἑκάβῃ τε καὶ Ἰλιάδεσσι γυναιξὶ | Μοῖραι ἐπέκλωσαν δή ποτε γεινομέναις. | σοὶ δέ, Δίων, ῥέξαντι καλῶν ἐπινίκιον ἔργων | δαίμονες εὐρείας ἐλπίδας ἐξέχεαν. | κεῖσαι δ' εὐρυχόρῳ ἐν πατρίδι τίμιος ἀστοῖς, | ὦ ἐμὸν

1 gentiñ v | M. Acedonem *Lipsius* ‖ 2 prostituerit F (tuerit *supra*) ‖ 3 puerium V | *verba* amici sui Pollio(nis) *in* F *deleta et supra scripta a manu sec.* ‖ 4 et] set *Iahnius* | Coridonem φ ‖ 5 Alexim φ | Virgilianos Fφv ‖ 6 upiliones (a *supra*) φ | busequas F, busequas φ ‖ 7 austerior F (austerior *supra*) | serranis F (serranis *supra*), sarranis v | *verba quae secuntur* (et Curiis et Fabritiis negat id genus (i *supra*) uersus Plat) *in* F *deleta et supra scripta a manu sec.* ‖ 8 Fabritiis v ‖ 9 Aemeliane φ ‖ 10 elogia *Colvius*, elegidia *Brantius* ‖ 11 tam F (tam *supra*) | non erant] inerant F *a manu sec. scr.* (*man. pr.* ΛειςcnL) | deussit *in* F *erasum et supra scriptum*, deus sit φ, deussit v ‖ 12 litteras φv ‖ 14–15 ΑCTΗΡΠΡΙ̃ΜЄΝЄC ЄΝΙ Ζ|ωΟΙCΙΝ ΝVΝdЄ ΘVΝωΝ ΛΑΜΦЄΙC

(408) item eiusdem Platonis in Alexin Phaedrumque pueros coniuncto carmine:

νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλός,
ὦπται καὶ πάντη πᾶσι περιβλέπεται.
θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσει
ὕστερον. οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

(409) |ne pluris commemorem, nouissimum uersum eius de Dione Syra- f. 3b.
cusano si dixero, finem faciam:

ὦ ἐμὸν ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.

(410) Sed sumne ego ineptus, qui haec etiam in iudicio? an uos po- XI
tius calumniosi, qui etiam haec in accusatione? quasi ullum specimen morum sit ‖ uersibus ludere. Catullum ita respondentem maliuolis non legistis:

nam castum esse decet pium poetam
ipsum, uersiculos nihil necesse est —?

Diuus Hadrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum uersibus muneraretur, ita scripsit:

ἐκμήνας θυμὸν ἔρωτι Δίων.› τοῦτο καὶ ἐπιγεγράφθαι φασὶν ἐν Συρακούσαις ἐπὶ τῷ τάφῳ. ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀλέξιδος, φασίν, ἐρασθεὶς καὶ Φαίδρου, καθὰ προείρηται, τοῦτον ἐποίησε τὸν τρόπον· ‹Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις ὅσον μόνον εἶφ' ὅτι καλὸς | ὦπται, καὶ πάντη π ᾶ ς τ ι ς ἐπιστρέφεται. Θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον; εἶτ' ἀνιήσεις | ὕστερον. οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;›

12 XII 5—6.

16 Spartian. Hadr. c. 14: in uoluptatibus nimius: nam et de suis dilectis multa uersibus composuit.

ΠΕΡΟCΕΝ | ΦΘΙΜΕΝΟΙC Fφ, ACΤΗΡεΤΡΙμΕΜΕCΕΝΙΖωΟΙCΙΝΕωΟC ΝΥΝdΕΘΥΝωΝΛΥΝΦΕΙCΠΕΡΟCΕΝΦΘΕΙμΕΝΟΙC V ‖

1 Alexim φ ‖ 3—6 ΝΥΝΟΤΜΕΙde | υΛΕξΕΙCΟCΟΝΜΟΝΕΠΟΝΚΑΛΛΟCωΠΑΙ | ΚωΠΤωΝΠΑCΙΡΕΡΙΒΛΕΠΕΤΑΙΘΥΜΕΝΙ | ΝΙΕΙC · ΚΥCΙΝ ΟCΤΕΟΝΕΠΑΜΗCΕΙΥCΕΡΟΝΟΥΚ | ΧΤΟΦΑΙdΡon | ΑΠωΛΕCΑΜΕΝ Fφ, ΝΥΝ ΟΤμΕΙdΕΝ ΑΛΕξΕΙC ΟCΟΝ μΟΝ ΕΠ ΟΠ ΚΑΛΛΟC ὠΠΑΙΚΑ ΠΤΑΝΤΗ ΠΑCΠΕΡΙΒΛΕΠΕΤΑΙ · ΘΥμΕ μΙ ΝΥΕΙC ΚΥCΙΝ ΟCΤωΝ ΕΠ ΑΝΙΗCΕΙΥΙCΕΡΟΝΟΥΚΧΟΥΤΟΦΑΙdΡΟΝΑΠωλΕCΑμΕΝ:' V ‖ 7 notissimum *Wowerus* | Siracusano φ ‖ 9 ωΤΕΜΟΝΕΚΜΗΝΑC | ΘΥΜΟΝ ΕΡωΤιΔΙΟΝ · Fφ, ωΤΕμοΝΕΚμΗΝΑC ΘΥμΟΝΕΡωΤΙdΙΟΝ V ‖ 12 maleuolis v ‖ 15 nichil φ ‖ 16 Adrianus Fφ | Voconii v | uorsibus FφV ‖ 17 tumu'laretur φ *ante* muneraretur | sculpsit φ *ex corr. manus sec.* ‖

lasciuus uersu, mente pudicus eras.

quod nunquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina argumentum impudicitiae habenda. ipsius etiam diui Hadriani multa id genus legere me memini. aude sis, Aemiliane, dicere, male id fieri, quod imperator et censor [diuus Hadrianus] fecit et factum memoriae re- (411) liquit. ceterum Maximum quicquam putas culpaturum, quod sciat Platonis exemplo a me factum? cuius uersus, quos nunc percensui, tanto sanctiores sunt, quanto apertiores, tanto pudicius compositi, quanto simplicius professi. namque haec et id genus omnia dissimulare et occultare peccantis, profiteri et promulgare ludentis est. quippe natura uox innocentiae, silentium maleficio distributa.

XII mitto enim dicere alta illa et diuina Platonica, rarissimo cuique p*hi*-*losoph*orum ignara, ceterum omnibus profanis incognita: geminam esse Venerem deam, proprio quamque amore et diuersis amatoribus pollentes. earum alteram uulgariam, quae sit percita populari amore, (412) non modo humanis animis, uerum etiam | pecuinis et ferinis ad libidinem imperitare, ut immodico trucique perculsorum animalium serua corpora complexu uincientem: alteram uero caelitem Venerem, praedita quae sit optimatium amore, solis hominibus et eorum (413)

12 Sympos. p. 180 d.

1 la.[s]ciuus φ ‖ 2 numquam v | lepida et concinna *Ősscha* ‖ 3 impudicicie φ | Adriani FφV ‖ 4 aude sis FφV; *sed in* F *scr. in margine a manu rec.:* al igitur; aude sis igitur ς ‖ 5 diuus Hadrianus *seclusi*: imperator et diuus censor v, Adrianus FφV: imperator diuus et censor H. *Vulcanius*, imperator et diuus et censor H. *Colvius* ‖ 7 Plaonis V | *verba* quos nunc *in* F *scripta in rasura a manu rec.* ‖ 8 [tanto] tanto pudicius F ‖ 9—11 simplicius, promulgare, innocentiae *in* F *corr. in rasura a manu rec.* | 11 malefi... F | distribuitur *Latinius* ‖ 12—*p.* 19, 12 *totum caput duodecimum puto transponendum esse ante caput undecimum* ‖ 12 *verba* (mitt)o enim dicere *in* F *correcta in rasura a manu rec.* | platonice FV | [rarissimo] .....simo F ‖ 13 philosophorum *Iahnius*: piorum Fφv | gnara ς | [profanis] profanis F ‖ 14 Vene*rem* φ *ex corr.* ‖ 15 pollentis v: pollentem *Colvius* | sit *in* F *corr. a manu pr. in rasura* | [percita] per cia$_{\alpha}$ F, peio[ta]ʒʒ φ ‖ 16 non m(odo) *in* F *a manu pr. scr. in rasura* ‖ 17 impe[ritare]ritare F | immodica φV | perculsozzam' | [malu⁀m] ..— F: percitorum animantium fera (*vel* cernua) corpora *Colvius* ‖ 19 p˜ditam FV, p˜dita φ | [optimati] opoqma[um] .... F, optimati φv: praedita quae sit optimati amori

paucis curare, nullis ad turpitudinem stimulis uel illecebris sectatores suos *pellicientem*. quippe amorem eius non amoenum et (414) lasciuum, sed contra incomitum et serium pulchritudine honestatis uirtutes amatoribus suis conciliare, et si quando ‖ decora corpora f. 107a. commendet, a contumelia eorum procul absterrere. neque enim quicquam aliud in corporum forma diligendum, quam quod (415) commoneat diuinos animos eius pulchritudinis, quam prius ueram et sinceram inter deos uidere. quapropter, ***etsi per***eleganter Afranius hoc scriptum reliquit:

amabit sapiens, cupient ceteri,

tamen si audire uerum uelis, Aemiliane, uel si haec intellegere unquam potes, non tam amat sapiens quam recordatur. da igitur ue- XIII niam Platoni philosopho uersuum eius de amore, ne ego necesse habeam contra sententiam Neoptolemi Enniani pluribus philosophari, uel si tu id non facis, ego me facile patiar in huiuscemodi uersibus culpari cum Platone. tibi autem, Maxime, habeo gratiam propensam, cum has quoque appendices defensionis meae iccirco necessarias, quia accusationi rependuntur, tam attente audis. et ideo

10 u. 221 Ribb.
14 Enn. trag. 417 (Vahl.): Phílosophari est míhi necesse, at paúcis; nam omnino haút placet. | dégustandum ex eá, non in eam ingúrgitandum cénseo. — Gell. V 15, 9.

Pricaeus, praeditam optimati amori *Bosscha* ‖

2 pellicientem *Iahnius*: percellentem Fφv | ["eius "] amorem *in* F *scr. a manu tert. in margine*, eius amorem ς: eum amorem *Meursius* | am.[o]num *in* F *corr. a manu pr.* ‖ 4 uirtutis amorem amatoribus *Casaubonus*, honestatos uirtutis amatores suos *Salmasius*, honestatos uirtutis amatoribus suis *Gronovius*, uirtutem *Crusius*, et uirtutis *Brantius*, pulchritudinem honestatis [uirtutis] amatoribus *Bosscha* | concili.[a]re F | si qñ v ‖ 5 comendet F | [.a.] a F | abstinere *vel* abhorrere *Pricaeus* ‖ 7 ammoneat φv | ei..[eius] F ‖ 8 etsi *Iahnius*, perelegauter *scripsi* (erudite et el. *Iahnius*): ut semper *elegan*ter F *ex corr.*, et semper eleganter φV ‖ 9 relinquat φV ‖ 11 *verba* tamen — recordatur *cum eis quae antecedunt coniunxit Iahnius* | audire *om.* φVς | ueli φ | intelligere Fφv ‖ 13 eins[eius] F ‖ 14 contra[contra] F | Neoptolemi[to] F ‖ 15 facies *Scriverius* ‖ 18 actente F ‖

hoc etiam peto, quod mihi ante ipsa crimina superest, audias ut adhuc fecisti libenter et diligenter.

Sequitur enim de speculo longa illa et censoria oratio, de quo pro rei atrocitate paene diruptus est Pudens clamitans: ‘habet spe- (416) f. 4a. culum phi|losophus, possidet speculum philosophus’. ut igitur habere concedam — ne aliquid obiecisse te credas, si negaro —, non tamen ex eo me accipi necesse est exornari quoque ad speculum solere. quid enim? si choragium thymelicum possiderem, num ex eo argumentarere, etiam uti me consuesse tragoedi syrmate, histrionis crocota, [orgia], mimi centunculo? non opinor. nam et contra (417) plurimis rebus possessu careo, usu fruor. quod si neque habere utendi argumentum est neque non utendi non habere, et speculi non tam possessio culpatur quam inspectio: illud etiam do- (418) ceas necesse est, quando et quibus praesentibus in speculum inspexerim, quoniam, ut res est, maius piaculum || decernis speculum philosopho quam Cereris mundum profano uidere.

XIIII Cedo nunc, si et inspexisse me fateor, quod tandem crimen est imaginem suam nosse, eamque non uno loco conditam, sed quoquo uelis paruo speculo promptam gestare? an tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato quam formam suam? equidem scio et filiorum cariores esse, qui similes uidentur, et publicitus simulacrum suum cuique, quod uideat, pro meritis praemio tribui. aut quid sibi statuae et imagines uariis artibus effigiatae uolunt? nisi forte quod artificio elaboratum laudabile habetur, hoc natura obla- (419) tum culpabile iudicandum est, cum sit in ea uel magis miranda et facilitas et similitudo. quippe in omnibus manu faciundis imagini-

3 F *in margine:* De speculo || 7 accipi me v || 8 thimelicum F, themelicum φ, Timelicum v || 9 *interpunxi ante* etiam: *vulgo* etiam *cum* argumentarere *coniungunt* | *supra* consuesse *in* F *rasura* | tragidii FV, tragedi φ | sirmate Fφv || 10 orgia *expungendum videtur*: crocotaue ad trieterica orgia aut mimi ς | $\overset{\text{ngu}}{\text{centulo}}$ *in* F *corr. a manu pr. et in margine scr. a manu sec.* centungulo, $\underset{\text{ncu}}{\text{centulo}}$ φ, centunculo V: Thargeliis syrmate histrionis crotaloue? ad Trieterica orgia hinni centunculo? *Rutgersius* || 13 *post* possessio *in* F *rasura* | docear φV || 15 ut ut *Gruterus* | magis V || 16 qu.. φ | mundum dai˜ F | prophano v || 17 fateo.r F || 18 ymaginem Fφ || 19 nichil Fφ || 21 *fortasse* uideantur || 22 praemia ς || 23 ymagines Fφ | effigiat. F | si forte *Pricaeus* || 24 h' natura φ: hoc a naturâ *Pricaeus* || 25 ab ea *Pricaeus* || 26 ymaginibus Fφ ||

bus opera diutina sumitur, neque tamen similitudo aeque ac in speculis comparet. deest enim et luto uigor et saxo color et picturae rigor et motus omnibus, | qui praecipua fide similitudinem repraesentat: cum in eo uisitur imago mire relata, ut similis, ita mobilis et ad omnem nutum hominis sui morigera: eadem semper contemplantibus aequaeua est ab ineunte pueritia ad obeuntem senectam: tot aetatis uices induit, tam uarias habitudines corporis participat, tot uultus eiusdem laetantis uel dolentis imitatur. enimuero quod
(420) luto fictum uel aere infusum uel lapide incussum uel cera inustum uel pigmento illitum uel alio quopiam humano artificio adsimulatum est, non multa intercapedine temporis dissimile redditur et ritu cadaueris unum uultum et immobilem possidet. tantum praestat imaginis artibus ad similitudinem referundum leuitas illa speculi fabra et splendor opifex.

(421) Aut igitur unius Agesilai Lacedaemonii sentententia nobis sequenda est, qui se neque pingi neque fingi unquam diffidens formae XV
suae passus est, aut si mos omnium ceterorum hominum || retinendus f. 107b.
uidetur in statuis et imaginibus non repudiandis, cur existimes imaginem suam cuique uisendam potius in lapide quam in argento, magis in tabula quam in speculo? an turpe arbitraris formam suam spectaculo assiduo explorare? *at* non Socrates philosophus

15—17 Cic. ad fam. V 12, 7: nec minus est Spartiates Agesilaus ille perhibendus, qui neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse.
21 Laert. Diog. II 5, 33: ἠξίου δὲ καὶ τοὺς νέους συνεχὲς κατοπτρίζε-

1 diutino Fv | aeque uti v: aeque et *Hildebrandius* || 2 *fortasse* l. rigor — p. uigor: luto uigor .... picturae rigor Fφv: *post* luto uigor *et* saxo color *lacunae statuendae videntur ternorum verborum: cf. p.* 21, 8—10 || 3 — omnibus. atqui pr. f. s. r. speculum. in eo — *Iahnius* || 4 *malim* in eis | ymago Fφ || 5 domini sui *Fulvius* || 6 *in* F equa est *a manu sec. scr. supra manum pr. deletam quae idem habuisse videtur; in margine manus recentissima adnotavit:* aequeua; eq̃ua φ, aequeua v | puericia φv || 7 ętatis F || 9 incusum v || 10 adsimilatum V || 11 redditur etꝛ F | et] aut *Gruterus* || 12 unum et immobilem uultum *Elmenhorstius* || 12—13 ymaginis Fφ: artibus imagines ad similitudinem referendam *Meursius*, artibus ad imaginis similitudinem referendam *Pricaeus*, imagineis artibus *Colvius*, referendis *Lipsius* || 14 splendor opifex] splendorifera *Pricaeus* || 15 hagesilai FφV || 16 $\overset{\text{e}}{\text{si}}$ φ || 17 homi$\overset{\text{x}}{\text{n}}$um F *simili asterisco in margine addito* || 18 ymaginibus F || 19 ymaginem F || 21 at *scripsi*: an Fφv ||

ultro etiam suasisse fertur discipulis suis, crebro ut semet in speculo contemplarentur? uti qui eorum foret pulchritudine sibi complacitus, impendio procuraret, ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret: qui uero minus se commendabilem forma putaret, sedulo f. 4b. operam daret, ut uirtutis laude turpitudinem | tegeret. adeo uir omnium sapientissimus speculo etiam ad disciplinam morum utebatur. Demosthenen uero, primarium dicendi artificem, quis est qui non sciat semper ante speculum quasi ante magistrum causas meditatum? ita ille summus orator cum a Platone philosopho facundiam hausisset, ab Eubulide dialectico argumentationes edidicisset, nouissimam pronuntiandi congruentiam ab speculo petiuit. utrum igitur putas maiorem curam decoris in adseueranda oratione suscipiendam rhetori iurganti an philosopho obiurganti? apud iudices sorte ductos paulisper disceptanti an apud omnis homines semper disserenti? de finibus agrorum litiganti an de finibus bonorum et malorum docenti? quid, quod nec ob haec debet tantummodo philosophus speculum inuisere? nam saepe oportet non modo similitudinem suam, uerum etiam ipsius similitudinis rationem considerare: (422) num, ut ait Epicurus, profectae a nobis imagines uelut quae-

σθαι, ἵν' εἰ μὲν καλοὶ εἶεν, ἄξιοι γίγνοιντο· εἰ δ' αἰσχροί, παιδείᾳ τὴν δυσείδειαν ἐπικαλύπτοιεν.

7—9 Quintil. XI 3, 68: ideoque Demosthenes grande quoddam intuens speculum componere actionem solebat; adeo, quamuis fulgor ille sinistras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret.

9 Plut. Dem. c. 5: Ἕρμιππος δέ φησιν ἀδεσπότοις ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν, ἐν οἷς ἐγέγραπτο τὸν Δημοσθένην συνεσχολακέναι Πλάτωνι καὶ πλεῖστον εἰς τοὺς λόγους ὠφελῆσθαι.

10 Laert. Diog. II 10, 108: περὶ τούτου (de Eubulide) φησί τις τῶν κωμικῶν· ‹Οὑριστικὸς δ' Εὐβουλίδης κερατίνας ἐρωτῶν | καὶ ψευδαλαζόσιν λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων | ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωποπερπερήθραν.› ἐῴκει γὰρ αὐτοῦ καὶ Δημοσθένης ἀκηκοέναι καὶ ῥωπικώτερος ὢν παύσασθαι.

2 ut φ, ubi v | pulcritudine φ ‖ 4 comendabilem F ‖ 5 ut] et *Bosscha* (rasura) ‖ 7 Demostenen Fφ ‖ 8 caussas Fφ ‖ 9 meditatum F ‖ 10 ausisset F (is man. pr.) ‖ 11 pronunciandi v ‖ 12 asseueranda φ ‖ 13 rethori φ ‖ 15 deserenti φ, diserenti v ‖ 19 proiectae *Pricaeus* | ymagines Fφ ‖

dam exuuiae iugi fluore a corporibus manantes cum leue aliquid
et solidum offenderunt, illisae reflectantur et retro expressae con-
trouersum respondeant, an, ut alii philosophi disputant, radii ‖ no-
stri seu mediis oculis proliquati et lumini extrario mixti atque ita
(423) uniti, ut Plato arbitratur, seu tantum oculis profecti sine ullo foris
amminiculo, ut Archytas putat, seu intentu *aëris* facti, ut Stoici
(424) rentur, cum alicui corpori inciderunt spisso et splendido et leui,
paribus angulis quibus inciderant resultent ad faciem | suam redu-
(425) ces, atque ita, quod extra tangant ac uisant, id intra speculum imagi-
nentur. uidenturne uobis debere philosophi haec omnia uestigare XVI
et inquirere et cuncta specula uel uda uel suda soli uidere?
quibus praeter ista quae dixi etiam illa ratiocinatio necessa-
ria est, cur in planis quidem speculis ferme pares obtutus et
imagines uideantur, in tumidis uero et globosis omnia defectiora,
at contra in cauis auctiora; ubi et cur laeua cum dexteris permu-
tentur; quando se imago eodem speculo tum recondat penitus, tum
foras exserat; cur caua specula, si exaduersum soli retineantur, ap-
positum fomitem accend*a*nt; qui fiat, ut arcus in nubibus uarie,

1 Laert. Diog. X 46—49.
5 Tim. p. 46a: τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίαν, καὶ πάντα ὅσα ἐμφανῆ καὶ λεῖα, κατιδεῖν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν. ἐκ γὰρ τῆς ἐντὸς ἐκτός τε τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις, ἑνός τε αὖ περὶ τὴν λειότητα ἑκάστοτε γενομένου καὶ πολλαχῇ μεταρρυθμισθέντος, πάντα τὰ τοιαῦτα ἐξ ἀνάγκης ἐμφαίνεται, τοῦ περὶ τὸ πρόσωπον πυρὸς τῷ περὶ τὴν ὄψιν πυρὶ περὶ τὸ λεῖον καὶ λαμπρὸν ξυμπαγοῦς γιγνομένου.
6 Plut. de placit. phil. IIII 13—15.

1 exubię F ‖ 3 contra uersis φ, controuersim v: contrauersum *Pricaeus* ‖ uti v ‖ 4 extralio F, extra[r].io φ | atque ei muniti *Fulvius*, atque inuniti *Colvius* ‖ 5 uti v | proiecti *Pricaeus* ‖ 6 a[d].miniculo φ | Architas Fφv | aëris *Colvius*: ueris FφV | fracti *Pithoeus*, tacti *Bosscha* | uti v | stoicintur[re] φ ‖ 7 incider̃ F, incenderunt[ci (*man. pr.*)] φ, incidere v ‖ 8 incenderant[ci (*man. pr.*)] φ | faciẽ suã V, facies suas ς ‖ 9 tangant φ, tangunt Fv | ymaginentur Fφ ‖ 10 philosophy Fφ ‖ 12 preter istu φ, p[m]teri[s]tu V | ratiocinacio φ ‖ 13 optutus Fφ ‖ 14 ymagines Fφ | uide[a].ntur Fφ | in *om.* Fφ ‖ 16 ymago Fφ ‖ 17 exerat FφV | *caua* F *in rasura* | oppositum *Casaubonus* ‖ 18 accendant *Bosscha*: accendunt FφV | uti arquus v | uarii et ς |

f. 107b. f. 4b. Ed. Oudend.

duo soles aemula similitudine uisantur. alia praetereo eiusdem (426) modi plurima, quae tractat uolumine ingenti Archimedes Syracusanus, uir in omni quidem geometria multum ante alios admirabilis subtilitate, sed haud sciam an propter hoc uel maxime memorandus, quod inspexerat speculum saepe ac diligenter. quem tu librum, Aemiliane, si nosses ac non modo campo et glebis, uerum etiam abaco et puluisculo te dedisses, mihi istud crede, quanquam teterrimum os tuum minimum a Thyesta tragico demutet, tamen profecto discendi cupidine speculum inuiseres, et aliquando relicto (427) aratro mirarere tot in facie tua sulcos rugarum.

At ego non mirer, si boni consulis me de isto distortissimo
f.108a. f.5a. uultu tuo dicere, de moribus tuis multo trucu ||| lentioribus reticere. *ita* res est: praeter quod non sum iurgiosus, etiam libenter te nuper usque albus an ater esses ignoraui et adhuc hercle non satis noui. id *ideo* factum, quod et tu rusticando obscurus es et ego discendo occupatus. ita et tibi umbra ignobilitatis a probatore obstitit, et (428) ego nunquam studui male facta cuiusquam cognoscere, sed semper potius duxi mea peccata tegere quam aliena indagare. igitur hoc mihi aduersum te usu uenit, quod qui forte constitit in loco lumine conlustrato atque eum alter e tenebris prospectat. nam ad eundem modum tu quidem quid ego in propatulo et celebri agam, facile e tenebris tuis arbitraris, cum ipse humilitate abdit*us* et lucifuga non sis mihi mutuo conspicuus.

2 Tzetz. chil. XIII 457.

1 duos Fφ, duo v | praetereo *scripsi*: preterea Fφv | ei..dem F: eiuscemodi *Groslotius* || 2 archimede[s] φ | Siracusanus Fφ | φ *in margine*: archimedes. Laudes Archimedis siracusani. V *in margine:* archimedes || 4 haud (*man. tert.*) aut φ | haec v || 6 gleb̄ F || 7 quamquam v || 8 thiesta Fφv: Thyade *Bourdelotius* || 11 consules *Scriverius* || 13 ita *Fulvius*: ea Fφv | p̃ ã pđ F, preter quod φ | curiosus *Acidalius* || 14 et *om.* v: ʒ V *in margine* | ercle Fφ || 15 ideo *scripsi*: adeo FφV || 16 opprobatori *Vulcanius*, ab opprobatore *Grotius*, approbator *vel* opprobator *Acidalius* || 19 michi F || 22 arbitraris *in φ supra scr. a manu pr.* | abditus *Casaubonus*: abdita Fφv || 23 michi F, mihi *in φ supra scr.* ||

(429) Ego adeo seruosne [an] habeas ad agrum colendum, an ipse XVII mutuarias operas cum uicinis tuis cambies, neque scio neque laboro. at tu me scis eadem die tres Oeae manu misisse, idque mihi patronus tuus inter cetera a te sibi edita obiecit, quamquam modico (430) prius dixerat me uno seruo comite Oeam uenisse. quod quidem uelim mihi respondeas, qui potuerim ex uno tres manu mittere, nisi si et hoc magicum est. tantamne esse mentiendi caecitatem dicam an consuetudinem? ‘uenit Apuleius Oeam cum uno seruo’; dein pauculis uerbis intergarritis: ‘Apuleius Oeae una die tres manu misit’. ne illud quidem credibile fuisset, cum tribus uenisse, omnes liberasse: quod tamen si ita fecissem, cur potius tres seruos inopiae signum putares, quam tres libertos opulentiae? ne|scis profecto, nescis, Aemiliane, philosophum accusare, qui famulicii paucitatem obprobraris, quam ego gloriae causa ementiri debuissem, quippe qui scirem non modo philosophos, quorum me sectatorem fero, uerum etiam imperatores populi Romani paucitate seruorum gloriatos. || itane tandem ne haec quidem legere patroni tui: M. Antonium consularem solos octo seruos domi habuisse? Carbonem uero illum, qui rebus potitus est, uno minus? at enim M' Curio tot adoreis longe incluto, quippe qui ter triumphum una porta egerit, ei (431) igitur M' Curio duos solos in castris calones fuisse? ita ille [uir] de Sabinis deque Samnitibus deque Pyrrho triumphator paucioris seruos habuit quam triumphos. M. autem Cato nihil oppertus, ut alii de se praedicarent, ipse in oratione sua scriptum reliquit, cum

24 Caton. fragm. p. 38 Iord.

1 serior (uor) ne F, seruor ne φv, seruos nae tu ς | an *expungendum est* | abeas F | ego adeo seruior: tu an habeas *Casaubonus* || 3 F *in margine:* de paucitate comitum | tris φv || 6 *post* potuerim *in* F *rasura* | tris φv || 7 tanta . ne (tantamne) F || 8 uenit] dicit F || 9 nitergarritis (intergarritis (*man. tert.*)) *in* F *corr. in rasura a manu sec.* | tris φv || 10 omnis φ || 11 pocius φ | tris v || 12 tris φv || 13 philo..phum (so (*man. pr.*)) F || 14 opprobraris φ || 16 eciam φ || 17 legere μa ci . . . ni αυι F || 19 Manio Fv, marco φ || 20 egit v || 21 Manio Fv, marco φ | colonos F; *sed in margine scr. a manu rec.* calones: calones φv | uir] *seclusit Iahnius* || 22 sauinis FV | ſaιn‹ ›bȝ (samnitibus) F | Pyrro F || 23 nichil Fφ || 24 operatione φV | cum hiſpania *in* F *corr. a manu sec.* ||

f. 108a. f. 5a. Ed. Oudend.

in Hispaniam consul proficisceretur, tris seruos solos ex urbe duxisse; quoniam ad uillam publicam uenerat, parum uisum qui uteretur, iussisse duos pueros in foro de mensa emi, eos quinque in (432) Hispaniam duxisse. haec Pudens si legisset, ut mea opinio est, aut omnino huic maledicto supersedisset, aut in tribus seruis multitudinem comitum philosophi quam paucitatem reprehendere maluisset.

XVIII Idem mihi etiam paupertatem obprobrauit, acceptum philosopho crimen et ultro profitendum. enim paupertas olim philosophiae uernacula est, frugi, sobria, paruo potens, aemula laudis, aduersum diuitias possessa, habitu secura, cultu simplex, consilio (433) f. 5b. benesuada, neminem unquam superbia | inflauit, neminem inpotentia deprauauit, neminem tyrannide efferauit, delicias uentris et inguinum neque uult ullas neque potest. quippe haec et alia flagitia diuitiarum alumni solent: maxima quaeque scelera si ex omni memoria hominum percenseas, nullum in illis pauperem reperies, ut contra *haud* temere inter inlustris uiros diuites comparent, sed (434) quemcunque in aliqua laude miramur, eum paupertas ab incunabulis nutricata est. paupertas, inquam, prisca apud saecula omnium f. 108b. ciuitatum conditrix||, omnium artium repertrix, omnium peccatorum inops, omnis gloriae munifica, cunctis laudibus apud omnis nationes perfuncta. eadem enim est paupertas apud Graecos in Aristide iusta, in Phocione benigna, in Epaminonda strenua, in So-

3 Plut. Cat. mai. 10: ἦσαν δὲ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείας σὺν αὐτῷ.

2 quoniam Fφv: cum iam *Lipsius* || 4 hic v || 5 huic *in* φ *supra scr.* || 6 pa^{u}citatem Fφ || 8 F *in margine:* de paupertate. Laudes paupertatis. | opprobrauit φ || 10 aduersum diuitias possessa] *verba nondum sanata*: aduersum *vel* aduersam diuitiis professa *Casaubonus*, aduersa diuitiis possessa *Meursius*, aemula lautis, aduersum diuitias possessu *Lipsius*, enimuero paupertas olim philosophiae uernacula aduersum diuitias possessa est, frugi, sobria, paruo potens, aemula laudis, habitu secura *Wowerus* || 11 cultus v || 12 impotentia φv: potentia damnauit *Scriverius* || 13 ad tyrannidem *Scriverius* | effrenauit *Bosscha* || 14 neque potest] neque putat *Stewechius* || 15 alumpni φ || 16 repperies V | ubi ς: uti *Bosscha* || 17 haud *Casaubonus*: hanc Fφv: haec *Vulcanius* | temere] ferme *Groslotius* | illustris φ | et diuites ς || 18 quaecumque v || 19 aput FV || 20 ciuitatium V || 21 apud omnes φv || 22 est enim φV || 23 Photione v | strennua v ||

crate sapiens, in Homero diserta. eadem paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundauit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo et catino fictili sacrificat. quod si modo iudices de causa ista sederent C. Fabricius, Cn. Scipio, M' Curius, (435) quorum filiae ob paupertatem de publico dotibus donatae ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam: si Publicola regum exactor et Agrippa populi reconciliator, quorum funus ob tenuis opes a populo Romano collatis sextantibus adornatum est: si Atilius Regulus, cuius agellus ob similem penuriam publica pecunia cultus est: si denique omnes illae ueteres prosapiae consulares et censoriae et triumphales breui usura lucis ad iudicium istud re|missae audirent, auderesne paupertatem philosopho exprobrare apud tot [consules] pauperes? an tibi Claudius Maximus idoneus auditor uidetur ad irridendam paupertatem, quod ipse uberem XVIIII et prolixam rem familiarem sortitus est? erras, Aemiliane, et longe huius animi frustra es, si eum ex fortunae indulgentia, non ex philosophiae censura metiris, si uirum tam austerae sectae tamque

1 Senec. consol. ad Helu. 12: unum fuisse Homero seruum, tres Platoni, nullum Zenoni, a quo coepit Stoicorum rigida ac uirilis sapientia, satis constat.

5 Valer. max. IIII 4, 10: itaque cum secundo Punico bello Cn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens ut sibi successor mitteretur, quia filiam uirginem adultae iam aetatis haberet, neque ei sine se dos expediri posset: senatus, ne res publica bono duce careret, patris sibi partes desumpsit, consilioque uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote, summam eius ex aerario erogauit ac puellam nuptum dedit. dotis modus XL milia aeris fuit.

7 Liu. II 33, 10: eodem anno Agrippa Menenius moritur. — huic — sumptus funeri defuit: extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.

9 Plin. nat. hist. XVIII 3, 20: serentem inuenerunt dati honores Serranum, unde ei et cognomen.

3 sinpulo F *et in margine* al. ſimpuuio, ſipuuio φ *in rasura*, Simpubo v: sympuuio *Scriverius* ‖ 4 Fabritius v | Gn. Fφ, Cn. v | Manius Fv, marcus φ ‖ 8 ^{po}..pulo F | extantibus Fv ‖ 9 Attilius Fφ ‖ 10 "ille omnes" F ‖ 13 consules *uncis inclusi* ‖ 15—16 longe es frustra φ ‖ 17 censu *Pricaeus* ‖

f. 108b. f. 5b. Ed. Oudend.

diutinae militiae non putas amiciorem esse coercitae mediocritati quam delicatae opulentiae, fortunam uelut tunicam magis concinnam quam longam probare; quippe etiam ea si non gestetur et trahatur, nihilo minus quam lacinia praependens impedit et praecipitat. etenim *in* omnibus ad uitae munia utendis quicquid aptam moderationem supergreditur, oneri potius quam usui exuberat. igitur et (436) inmodicae diuitiae uelut || ingentia et enormia gubernacula facilius mergunt quam regunt, quod habent irritam copiam, noxiam nimietatem. quin ex ipsis opulentioribus eos potissimum uideo laudari, qui nullo strepitu, modico cultu, dissimulatis facultatibus agunt et diuitias magnas administrant sine ostentatione, sine superbia, specie mediocritatis pauperum similes. quod si etiam ditibus ad argumentum modestiae quaeritur imago quaepiam et color paupertatis, cur eius pudeat tenuiores, qui ea non simulata sed uere fungimur?

XX Possum equidem tibi et ipsius nominis controuersiam facere, neminem nostrum pauperem esse, qui superuacanea nolit, possit necessaria, quae natura oppido pauca sunt. namque is plurimum habebit qui minimum desiderabit. habebit enim quantum uolet, qui f. 6a. uolet minimum. et idcir|co diuitiae non melius in fundis et in fe- (437) nore, quam in ipso hominis animo aestimantur, qui si est auaritia egenus et ad omne lucrum inexplebilis, nec montibus auri satiabitur, sed semper aliquid ante parta ut augeat mendicabit. quae quidem uera confessio est paupertatis. omnis enim cupido acquirendi ex opinione inopiae uenit, nec refert, quam magnum sit quod tibi minus est. non habuit tantam rem familiarem Philus quantam Laelius, nec Laelius quantam Scipio, nec Scipio quantam Crassus diues,

1—2 *verba* non putas — opulentie *in φ extant in calce alterius columnae a manu sec. scripta* | amiciorem ς, amicitiorem Fφv | cohercite Fφ || 3 etsi ea *Salmasius* | sed trahatur *Salmasius* || 4 nichil us φ, nihil V | quasi lacinia *Lipsius* | p̄pendens F, p̃erpendens V: propendens *Colvius*, pendens *Scriverius* | p̄cipitat F || 5 in *adiecit Casaubonus* || 6 supergraditur v | honeri Fφ || 7 immodice φv || 8 mergunt] deuergunt *Pricaeus* || 11 diui.ias F | obstentatione v || 13 ymago Fφ || 14 tenuioris v | qui eam Fφ, qui ea v, quod ea ς | simulatam ς: simulato *Acidalius* || 15 quidem Fφ || 16 possit v *et Casaubonus*: poscit (*rasura*) F, poscit φ: possideat *Elmenhorstius* || 17 nanque (n) F || 20 estima.tur F || 25 Philus] philosophus *Brantius* || 26 *et p.* 29, 1 diues] *secludendum putat Iahnius* ||

at enim nec Crassus diues quantam uolebat. ita cum omnis superaret, a suamet auaritia superatus est, omnibusque potius diues uisus est quam sibi. at contra hi [philosophi] quos commemoraui non ultra uolentes quam poterant, sed congruentibus desideriis et facultatibus iure meritoque dites et beati fuerunt. pauper enim fis appetendi egestate, diues non egendi satietate, quippe quia inopia desiderio, opulentia fastidio cernuntur. igitur, Aemiliane, si pauperem me haberi uis, prius auarum esse doceas necesse est. quod (438) || si nihil in animo deest, de rebus extraneis quantum desit non laboro, quarum neque laus in copia neque culpa in penuria consistit. f. 109a.

XXI sed finge haec aliter esse, ac me ideo pauperem, quia mihi fortuna diuitias inuidit, easque, ut ferme euenit, aut tutor imminuit aut inimicus eripuit aut pater non reliquit: hocine homini obprobrari [pauperiem] quod nulli ex animalibus uitio datur, non aquilae, non tauro, non leoni? equus si | uirtutibus suis polleat, ut sit aequabilis uector et cursor pernix, nemo ei penuriam pabuli exprobrat: tu mihi uitio dabis non facti uel dicti alicuius prauitatem, sed quod uiuo gracili lare, quod paucioris habeo, parcius pasco, leuius uestio, minus ob- (439) sono? atqui ego contra, quantulacunque tibi haec uidentur, multa etiam et nimia arbitror, et cupio ad pauciora me coercere, tanto beatior futurus quanto collectior. namque animi ita ut corporis sanitas expedita, imbecillitas laciniosa est, certumque signum est infirmitatis pluribus indigere. prorsus ad uiuendum uelut ad natandum is melior qui onere liberior. sunt enim similiter etiam in ista uitae humanae tempestate leuia sustentatui, grauia demersui. equi-

3 hy̆ φ | philosophi *expungendum videtur: cf. pag.* 26,22—27,1 || 5 [ui]dites φ | scis FφV, fis ς || 6 sacietate v | quippe qui Fφv: quippe quia *Casaubonus*, quippeni *Acidalius*, quippe quod *Vulcanius* || 8 habere Fφ, haberi V || 9 nichil φ | extrariis V || 13 a.. pater F | hoccine v | pauperiem *glossema* || 16 exprobrabit *Colvius* || 17 [u]paruitatem φ || 18 pautiores v | pauciores ego seruos habeo *Scaliger*, pauciores res *vel* pauciora *Casaubonus*, paucos seruos habeo *Stewechius*, paucioris habito *Fulvius* | partius v || 19 qua..ulacunque F, quantulacumque v || 20 me ad pautiora v | cohercere F | t..to F || 22 certum quoque *G. Vossius* || 23 in*firmitatis in* F *corr. a manu sec. in rasura* | *post* uiuendum *in* F *rasura* || 24 q..onere F || 25 uitae humanae tempestate *scripsi*: uita humane tempestates Fφv: in ista uita humana, ut in tempestate *Casaubonus*, sunt enim etiam in ista uita similiter ut in tempestate *Salmasius* | substentui V ||

dem didici ea re praecedere maxime deos hominibus, quod nulla re (440) ad usum sui indigeant: igitur ex nobis cui quam minimis opus sit, eum esse deo similiorem.

XXII Proinde gratum habui, cum ad contumeliam diceretis, rem familiarem mihi peram et baculum fuisse. quod utinam tantus animi forem, ut praeter eam supellectilem nihil quicquam requirerem, sed eundem ornatum digne gestarem, quem Crates ultro diuitiis abiectis appetiuit. Crates, inquam, si quid credis, Aemiliane, uir (441) domi inter Thebanos proceres diues et nobilis amore huius habitus quem mihi obiectas rem familiarem largam et uberem populo donauit, multis seruis a sese remotis solitatem delegit, arbores plurimas et frugiferas prae uno baculo spreuit, uillas ornatis||simas una perula mutauit, quam postea comperta utilitate etiam
f. 6b. carmine laudauit, flexis ad hoc Home|ricis uersibus, quibus ille Cretam insulam nobilitat. principium dicam, ne me haec ad defensionem putes confinxisse:

πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ.

omitto iam cetera tam mirifica: quae si tu legisses, magis mihi peram

8—13 Laert. Diog. VI 5, 4: τοῦτόν φησιν Ἀντισθένης ἐν ταῖς Διαδοχαῖς θεασάμενον ἔν τινι τραγῳδίᾳ Τήλεφον σπυρίδιον ἔχοντα καὶ τἆλλα λυπρὸν ἀΐξαι ἐπὶ τὴν κυνικὴν φιλοσοφίαν· ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν — καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν — ἀθροίσαντα πρὸς τὰ διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις διανεῖμαι ταῦτα.

14 Hom. Od. τ 172: Κρήτη τις γαῖ' ἔστι μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ | καλὴ καὶ πίειρα περίρρυτος· ἐν δ' ἄνθρωποι | πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐννήκοντα πόληες.

17 Laert. Diog. VI 5, 2: τούτου παίγνια φέρεται τάδε· | «Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ, | καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυτος,

1 *maxime in* F *corr. a manu sec. in rasura* || 4 graium *Acidalius* | habui, cum *Casaubonus*: habitum Fφv: gratum habitum, an contumeliam dicetis *Crusius l. d.*: gratum habitum esset *vel* erat, ad c. d. *Hildebrandius* || 6 nichil φ || 7 eumdem v | Socrates FφV, Crates ς || 8 Socrates FφV, Crates ς || 12 frugifera p͡e F, fructiferas pro φ, frugiferas prae v | .ornatissimas F (nu h *erasum*) || 13 quem v || 16 confinxisse φ || 17 KpHTΉTICΠOΛICЄT ΠMЄΛωЄNIOIΝOΠITVΦωTωNTω Fφ, KPHTHTICΠOΛICЄTΠMЄΛω ЄNIOINOΠITY . ΦωTωNTω V: *in ultimis literis graecis latere verbum* omitto *intellexit Iahnius*: *cf. Spengel. nov. mus. rhen.* XVI *p.* 28 ||

quam nuptias Pudentillae inuidisses. peram et baculum tu philoso-
(442) phis *exprobras*? exprobrares igitur et equitibus phaleras et peditibus clipeos et signiferis uexilla et denique triumphantibus quadrigas albas et togam palmatam. non sunt quidem ista Platonicae sectae gestamina, sed Cynicae familiae insignia. uerum tamen hoc Diogeni et Antistheni pera et baculum, quod regibus diadema, quod imperatoribus paludamentum, quod pontificibus galerum, quod lituus auguribus. Diogenes quidem Cynicus cum Alexandro magno de ueritate regni certabundus baculo uice sceptri gloriabatur. ipse denique Hercules inuictus — quoniam haec tibi ut quaedam mendicabula *nimis* sordent —, ipse inquam Hercules lustrator orbis, purgator
(443) ferarum, gentium domitor, is tamen deus, cum terras peragraret, *uel* paulo prius quam in caelum ob uirtutes ascitus est, neque una pelle uestitior fuit neque uno baculo comitatior.

Quod si haec exempla nihili putas ac me non ad causam agundam, uerum ad censum disserundum uocasti, ne quid tu rerum mearum nescias, si tamen nescis, profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS. uicies paulo secus, idque a me longa peregrinatione et diutinis studiis et crebris liberalitatibus modice imminutum. XXIII
nam et amicorum plerisque opem tuli et magistris plurimis gratiam
(444) retuli, quorundam etiam filias dote auxi. neque enim dubi|tassem equidem uel uniuersum patrimonium impendere, ut acquirerem mihi, quod || maius est, contemptum patrimonii. tu uero, Aemi- f. 109b.

οὐδὲν ἔχουσα, | εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος, | οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν· | ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει καὶ σῦκα καὶ ἄρτους, | ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους περὶ τούτων, | οὐχ ὅπλα κέκτηνται περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης.›
8 Plut. Alex. 14.

1 philosophis] phĩs V (i superscript) || 2 exprobras *addidi* | exprobrares *cum eis quae secuntur coniunxi*: exprobras *Fulvius*, exprobrare *Bosscha* | faleras Fφv || 3 te denique V || 3—4 φ *in margine:* triumphantium quadrige albe et toga palmata. V *in margine:* Quadrigę̃ albę̃ Toga Salmata || 5 cinice Fφ | hinsignia F, insignia familiae ς || 6 Antisteni Fφ | baculũ φ, baculus v || 8 Cinicus F || 9 sceptri uice ς || 11 nimis *Colvius*: animis Fφ, animi v | pugnator *Acidalius* || 13 uel *addidi* | assitus φ || 14 pelli φV || 15 nichili φ | agendam Fv || 16 deferundum *Pricaeus coll. Gell.* XVI 10, 10 || 18 HS xx FφV || 19 haud modice *Vulcanius* || 21 quorumdam v || 23 contemptu v ||

f. 109b. f. 6b. Ed. Oudend.

liane, et id genus homines uti tu es inculti et agrestes, tanti re uera estis quantum habetis, ut arbor infecunda et infelix, quae nullum fructum ex sese gignit, tanti est in pretio, quanti lignum eius in trunco. at tamen parce postea, Aemiliane, paupertatem cuipiam obiectare, qui nuper usque agellum Zarathensem, quem tibi unicum pater tuus reliquerat, solus uno asello ad tempestiuum imbrem triduo exarabas. neque enim diu est, cum te crebrae mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulserunt, unde tibi potius quam ob istam teterrimam faciem Charon nomen est. (445)

XXIIII De patria mea uero, quod eam sitam Numidiae et Gaetuliae in ipso confinio meis scriptis ostendi *di*cis, quibus memet professus sum, cum Lolliano Auito C. V. praesente publice dissererem, Seminumidam et Semigaetulam: non uideo, quid mihi sit in ea re pudendum, haud minus quam Cyro maiori, quod genere mixto fuit Semimedus ac Semipersa. non enim ubi prognatus, sed ut moratus quisque sit spectandum, nec qua regione, sed qua ratione uitam uiuere inierit, considerandum est. olitori et cauponi merito est concessum, olus et uinum ex nobilitate soli commendare, uinum Thasium, olus Phliasium: quippe illa terrae alumna multum ad meliorem saporem iuuerit et regio fecunda et caelum pluuium et uentus (446) clemens et sol apricus et solum sucidum. enimuero animo hominis extrinsecus in hospitium corporis immigranti quid ex istis addi uel minui ad uirtutem uel malitiam potest? quando non in omni-
f. 7a. bus | gentibus uaria ingenia prouenere? quanquam uideantur quae-

2 infoecunda et infoelix v: *alterutrum secludendum putat Bosscha* | *verba* quae nullum fructum ex sese gignit *delevit Wowerus* || 3 tanto *Groslotius* | precio v | lign[v] ej F || 5 [z]carathensem φ, ξαvathensem V || 6 hymbrem v || 7 neque nunc *Fulvius* | diu est] diuem v || 8 ad ob (*man. pr.*) φ || 9 numen FφV, nomen ς || 11 ostendi dicis *scripsi*: ostendis scis F, ostendi scis φv: ostendisti *Casaubonus* | quibus memet uerbis v | professum F || 12 Auito cu' Fφ, Auito V || 13 Semigetulum φ | n͠ui. Ideo quid mihi sit F, uideo quid *om.* φ || 14 Ciro F || 15 u[i] moratus φ || 16 spectandum est φ || 17 instituerit *Fulvius* | holitori Fφ || 18 holus φ || 19 alumpna φ || 20 foecunda φv || 21 sucidum φ || 22 hospitale *Bosscha* || 23 ma[li]..tiam F, maliciam v || 24 quamquam φv | quidam φ ||

dam stultitia uel sollertia insigniores. apud socordissimos Scythas Anacharsis sapiens natus est, apud Athenienses catos Meletides fa- (447) tuus. nec hoc eo dixi, quo me patriae meae poeniteret, etsi adhuc Syphacis oppidum ‖ essemus. quo tamen uicto ad Masinissam regem munere populi Romani concessimus, ac deinceps ueteranorum militum nouo conditu splendidissima colonia sumus, in qua [colonia] patrem habui loco principis duumuiralem cunctis honoribus perfunctum: cuius ego locum in illa re publica, exinde ut participare curiam coepi, nequaquam degener pari spero honore et existima- (448) tione tueor. cur ergo illa protuli? ut mihi tu, Aemiliane, minus posthac succenseas, potiusque ut ueniam impertias, si per neglegentiam forte non elegi illud tuum Atticum Zarath, ut in eo nascerer.

Nonne uos puditum est, haec crimina tali uiro audiente tam XXV asseuerate obiectare, friuola et inter se repugnantia simul promere et utraque tamen reprehendere? *an* non contraria accusastis peram et baculum ob au*s*teritatem, carmina et speculum ob hilaritatem: (449) unum seruum ut parci, tres libertos ut profusi: praeterea eloquentiam Graecam, patriam barbaram? quin igitur tandem expergiscimini ac uos cogitatis apud Claudium Maximum dicere, apud uirum seuerum et totius prouinciae negotiis occupatum? quin inquam uana haec conuitia aufertis? quin ostenditis quod insimulauistis, scelera immania et inconcessa maleficia et artis nefandas? cur uestra oratio rebus flaccet, strepitu uiget?

1 Aelian. uar. hist. V 7.
2 Tzetz. chil. VII 4.

1 stulticia v ‖ 3 neque haec v ‖ 4 sifacis Fφ | oppidani *Gruterus* ‖ 5 populis concessimus F, P. populi concessimus R. (i) φ, concessimus munere populi v | dein.... (ceps) φ ‖ 6 colonia *seclusi* ‖ 7 II uiralem Fφ ‖ 8 in ea v | re p. Fφ, repu. v ‖ 9 *post* coepi *in* F *rasura* | extimatione v ‖ 11 neglig(er)entiam Fφv ‖ 12 Zarat FφV | nascer.. φ ‖ 14 adseuerate V | fribola Fφ ‖ 15 an *scripsi*: at FφV ‖ 16 austeritatem *Salmasius*: auctoritatem Fφv | hylaritatem φv ‖ 17 deparci φ | tris v ‖ 18 expergescimini at v ‖ 20 totius seuitis prouincie φ: totius denique prouinciae *Meursius* | negociis v ‖ 21 conuicia FV | quid v ‖ 22 immunia v | *malim* incesta | artis (e *man. tert.*) F, artes v | nephandas φv ‖

Aggredior enim iam | ad ipsum crimen magiae, quod ingenti tu- (450) multu ad inuidiam mei accensum frustrata exspectatione omnium per nescio quas anilis fabulas deflagrauit. ecquandone uidisti, Maxime, flammam stipula exortam claro crepitu largo fulgore cito incremento, sed enim materia leui caduco incendio nullis reliquiis? hem tibi illa accusatio iurgiis inita, uerbis aucta, argumentis defecta, nullis post sententiam tuam reliquiis calumniae permansura. quae f. 110a. quidem omnis ‖ Aemiliano fuit in isto uno destinata, me magum esse, et ideo mihi libet quaerere ab eruditissimis eius aduocatis, quid sit magus.

Nam si, quod ego apud plurimos lego, Persarum lingua magus est, qui nostra sacerdos, quod tandem est crimen sacerdotem esse et rite nosse atque scire atque callere leges cerimoniarum, fas sacrorum, ius religionum? si quidem magia id est quod Plato interpretatur, cum commemorat, quibusnam disciplinis puerum regno adulescentem Persae imbuant. uerba ipsa diuini uiri memini, quae tu mecum, Maxime, recognosce: *δὶς ἑπτὰ δὲ γενόμενον ἐτῶν τὸν παῖδα παραλαμβάνουσιν οὓς ἐκεῖνοι βασιλείους παιδα-* (451)

11 Dio Chrys. XXXVI 41: (τὸν βασιλέα) συγγίγνεσθαί τε μετὰ ταῦτα οὐχ ἅπασιν, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα πρὸς ἀλήθειαν πεφυκόσι καὶ τοῦ θεοῦ ξυνιέναι δυναμένοις, οὓς Πέρσαι μάγους ἐκάλεσαν, ἐπισταμένους θεραπεύειν τὸ δαιμόνιον· οὐχ ὡς Ἕλληνες ἀγνοίᾳ τοῦ ὀνόματος οὕτως ὀνομάζουσιν ἀνθρώπους γόητας.

14 Alcibiad. I p. 121 e: ἐπειδὰν δὲ ἑπτέτεις γένωνται οἱ παῖδες, ἐπὶ τοὺς ἵππους καὶ ἐπὶ τοὺς τούτων διδασκάλους φοιτῶσι, καὶ ἐπὶ τὰς θήρας ἄρχονται ἰέναι· δὶς ἑπτὰ δὲ γενόμενον ἐτῶν — βασιλικά· ὁ δὲ δικαιότατος ἀληθεύειν διὰ παντὸς τοῦ βίου· ὁ δὲ σωφρονέστατος μηδ' ὑπὸ μιᾶς ἄρχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵνα ἐλεύθερος εἶναι ἐθίζηται καὶ ὄντως βασιλεύς, ἄρχων πρῶτον τῶν ἐν αὑτῷ, ἀλλὰ μὴ δουλεύων· ὁ δὲ ἀνδρειότατος ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ παρασκευάζει, ὡς ὅταν δείσῃ δοῦλον ὄντα.

3 defraglauit F | etquandone FV ‖ 5 nullos F ‖ 6 $\overset{g}{\text{ub}}$ aucta *φ* ‖ 7 permansuris *Wowerus* ‖ 11 $\overset{uo}{\text{qd}}$ F ‖ 12 crimen est *φ* ‖ 13 ritus *Latinius* | et (*in rasura*) scire *φ* ‖ 14 interpretatur *θεῶν θεραπείαν ς* ‖ 15 regium v ‖ 16 adolescentem *φ*v | ipsius *Salmasius* ‖ 17 — *p.* 35, 5 recognosce dicentia de re nomenon et (*om. φ*) antonite data. ΛV*μβανουσιν* <u>*ου*</u> *ουεκεινοι βασιλε* | *ιους παιδαγωγους ονομαζουους* ΠάΙΝЄΙCΙΝ | dЄЄξЄΙ $\overset{η}{λ}$ЄΓμεΝΟΙ τЄрcoω. μYCIωPICTOIdo | ξωνιЄC ЄN <u>et</u> hλIhωτЄΠαPЄCOTЄIOΦd'ΠЄ

γωγοὺς ὀνομάζουσιν· εἰσὶ δὲ ἐξειλεγμένοι Περσῶν οἱ ἄριστοι
δόξαντες ἐν ἡλικίᾳ τέτταρες, ὅ τε σοφώτατος καὶ ὁ δικαιότατος
καὶ ὁ σωφρονέστατος καὶ ὁ ἀνδρειότατος. ὧν ὁ μὲν μαγείαν
τε διδάσκει τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου· ἔστι δὲ τοῦτο
θεῶν θεραπεία· διδάσκει δὲ καὶ τὰ βασιλικά. | auditisne ma- XXVI
giam, *quam* temere accusatis, artem esse dis immortalibus acceptam, f. 7b.
colendi eos ac uenerandi pergnaram, piam scilicet et diuini scien-
tem, iam inde a Zoroastre et Oromaze auctoribus suis nobilem,
caelitum antistitam? quippe qu*ae* inter prima regalia docetur, nec
ulli temere inter Persas concessum est magum esse, haud magis
quam regnare. idem Plato in alia sermocinatione de Zalmolxi quo-
(452) dam Thraci generis, sed eiusdem artis uiro ita scriptum reliquit:
τὰς δ' ἐπῳδὰς εἶναι τοὺς λόγους τοὺς καλούς. quod si ita est, cur
mihi nosse non liceat uel Zalmolxis bona uerba uel Zoroastris sacer-
dotia? sin uero more uulgari eum isti proprie magum existimant, qui
communione loquendi cum deis immortalibus ad omnia quae uelit

11 Charmid. p. 157 a: θεραπεύεσθαι δὲ τὴν ψυχὴν ἔφη, ὦ μακάριε, ἐπῳδαῖς τισι· τὰς δ' ἐπῳδὰς ταύτας τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς· ἐκ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐν ταῖς ψυχαῖς σωφροσύνην ἐγγίγνεσθαι, ἧς ἐγγενομένης καὶ παρούσης ῥᾴδιον ἤδη εἶναι τὴν ὑγίειαν καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι πορίζειν.

| τοςΚΑΙΟ dιΚΑΙΟ τατοC ΚΑΙΟ CωCαΦPω | HICTAτoCΚΑΙΟ ωHdPIo ΤΑΤΟCVΠΟΜЄΝΝΑ|ΓЄIaNτЄdidaCKЄITђHZωIPoaCTPOVTO|VωPo μαξVЄCΠ - dЄTOITOΘЄωNΘЄPαΠIA | di^da^CKЄI dε KAI ταBCIΛIKA. Fφ: recognosce dicentia de re nomenon et antonitę data ΛυμΒαΝΟΥCΙΝoΥЄΚ ЄΙΝΟΙ ΒαCΙΛЄΙΟΥC ΤωΙ dαΤaΓΟVSΟΝΟμαΖΟVC ΠCΙΝЄΙCΙΝ dЄ Єξ ЄΙ ΛЄ^ђ^Γ μЄΝΟΙ ΤЄΡωωΝ μΟΙαΡΙCΤΟΙdoξαΝΤЄCЄΝ ΚΛΙΚΙαΤЄΠΑωΤЄC ΟΦωΠЄΤΟCΚαΙΟdΙΚαΙΟΤαΤΟCΚαΙoCωCωΦϱωΝΙCΤωΤOS ΚαΙΟ αΝ dΡΙΟΤαΤΟCVΠΟμЄΝΝαΓЄΙωΝΤЄdιdωσΚΑΙΤ♭ΝʒωΙΡΟαCΤϱΟV ΤΟΥ ωΡΟΝαΖVЄCΤΙdЄΤΟΙΤΟΘЄωΝ ΘЄΡαΠΙαdιdαCΚЄΙdЄΚαΙΤαΒΟΙΛΙΚα V: dicentis *Crusius l. d.*, dicentia *delevit Wowerus; verba graeca latinis characteribus scripta primus intellexit Casaubonus. cf. Spengel. l. d. p.* 29 ‖ 6 quam *Iahnius*: qui eam Fφv | diis φv ‖ 7 *verba* piam – scientem *delenda putat Iahnius* ‖ 8 Oromazo F, Oromace v ‖ 9 quippe quae *scripsi*: quippe qui Fφ, quippe v: quippeni *Colvius*, quippe quia *Hildebrandius* ‖ 11 Zamolxi Fφv ‖ 12 uiro] perito *Vulcanius* ‖ 13 ΤΑCdЄΠΟdαCЄΙΝΨΠΟΙC | ΛΟΓΟΥCΤΟVC ΚΑΛΟΙC Fφ, ΤαCdЄЄΠΟdαCЄΙΝVΠΟΙCΛΟΓΟΥCΤΟΥCΚαΛΟΥC q si ð/ V ‖ 14 Zalmolxi Fφ, Zamolxi v, Zamolxis ς | Zoroastri Fφv, Zoroastris ς ‖ 15 isti pe (i) φ ‖ 16 diis v ‖

incredibili quadam ui cantaminum polleat, oppido miror, cur accusare non timuerint quem posse tantum fatentur. neque enim tam occulta et diuina potentia caueri potest itidem ut cetera. sicarium qui in iudicium uocat, comitatus uenit: qui uenenarium accusat, scrupulosius cibatur: qui furem arguit, sua custodit. enimuero qui magum qualem isti dicunt in discrimen capitis deducit, quibus comitibus, quibus scrupulis, quibus custodibus perniciem caecam et ineuitabilem prohibeat? nullis scilicet: et ideo id genus crimen non est eius accusare qui credit.

XXVII Verum haec ferme communi quodam errore imperitorum phi- (453) losophis obiectantur, ut partim eorum qui corporum causas meras et simplices rimantur irreligiosos putent eoque aiant deos abnuere, ut Ana|xagoram et Leucippum et Democritum et Epicurum ceterosque rerum naturae patronos: partim autem, qui prouidentiam mundi curiosius uestigant et impensius deos celebrant, eos uero uulgo magos nominent, quasi facere etiam sciant quae sciant fieri, ut olim fuere Epimenides et Orpheus et Pythagoras et Ostanes. ac dein similiter suspectata Empedocli καθαρμοί, Socratis δαιμόνιον, Platonis τὸ ἀγαθόν. gratulor igitur mihi, cum et ego tot (454) ac tantis uiris adnumerer.

Ceterum ea quae ab illis ad ostendendum crimen obiecta sunt uana et inepta simulacra, uereor, ne ideo tantum crimina putes, quod obiecta sunt. 'cur,' inquit, 'piscium quaedam genera quaesisti?' quasi id cognitionis gratia philosopho facere non liceat, quod luxurioso gulae causa liceret. 'cur mulier libera tibi nupsit post annos tredecim uiduitatis?' quasi non magis mirandum sit, quod

1 incredibili *Casaubonus*: incredibilia Fφv | ...taminum φ ‖ 2 nequestam φ ‖ 3 caetera v ‖ 4 *verba* qui uenenarium accusat *in φ extant post verba* scrupulosius cibatur ‖ 6 qualem me *Stewechius* ‖ 7 scrupulis] satellitibus *Stewechius* ‖ 8 nullis s. v: nullis scilicet *delevit Groslotius* ‖ 11 eos *Iahnius* | corporum] rerum *vel* deorum *Colvius* ‖ 12 simplicis v | *malim* eosque ‖ 13 caeterosque v ‖ 15 uero uulgo] more uulgi *Iahnius* ‖ 17 Pithagoras φ ‖ 18 dehinc v | suspectata e˜. pedocli (pedocli) catharmoe Fφ, suspecta est pedocli Cathorμoe V | Empedoclis *Floridus* | Socratis Demonion Fφ, Socrati Demoniõ V ‖ 19 Platoni *Vulcanius* ‖ 20 adnumerer *scripsi*: adnumeror Fφv ‖ 21 ea *om.* v | crimen *delevit Stewechius* ‖ 22 simulacra *scripsi*: simplicia Fφv, et simplicia ς: ac simplicia *Hildebrandius*, similia *Scioppius* | haud uereor *Iahnius* ‖ 25 *fortasse* licet ‖ 26 xiii FφV: quatuordecim *Casaubonus* ‖

tot annis non nupserit. 'cur prius quam tibi nuberet, scripsit nescio quid in epistula quod sibi uidebatur?' quasi quisquam debeat causas alienae sententiae reddere. at enim ‖ maior natu non f. 110b. est iuuenem aspernata. igitur hoc ipsum argumentum est nihil opus (455) magia fuisse, ut nubere uellet mulier uiro, uidua caelibi, maior iuniori. iam et illa similia: 'habet quiddam Apuleius domi quod sancte colit': quasi non id potius crimen sit, quod colas non habere. 'cecidit praesente Apuleio puer.' quid enim, si iuuenis, quid si etiam senex adsistente me corruisset uel morbo corporis impeditus uel lubrico soli prolapsus? hiscine argumentis magiam probatis? [casu pueruli | * * * et matrimonio mulieris et obsonio f. 8a. piscium]

XXVIII Possem equidem bono periculo uel his dictis contentus perorare. quoniam tamen mihi pro accusationis longitudine largiter aquae superest, cedo, si uidetur, singula consideremus. atque ego omnia obiecta seu uera seu falsa sunt, non negabo, sed perinde atque si facta sint fatebor, ut omnis ista multitudo, quae plurima (456) undique ad audiendum conuenit, aperte intellegat, nihil in philosophos non modo uere dici, sed ne falso quidem posse confingi, quod non ex innocentiae fiducia, quamuis liceat negare, tamen potius habeant defendere. primum igitur argumenta eorum conuincam ac refutabo, nihil ea ad magiam pertinere: dein etsi maxime magus forem, tamen ostendam neque causam ullam neque occasionem fuisse, ut me in aliquo maleficio experirentur. ibi etiam de falso inuidia deque epistulis mulieris perperam lectis et nequius interpretatis deque matrimonio meo ac Pudentillae disputabo, idque a me (457) susceptum officii gratia quam lucri causa docebo. quod quidem matrimonium nostrum Aemiliano huic immane quanto angori

1 nubserit F ‖ 2 epistola Fφ, epistula V | quod sic *Colvius*, quod non *Latinius* ‖ 4 nichil φ ‖ 7 secreto colit V ‖ 9 assistente φ | impetitus *Acidalius* ‖ 10 magian φ ‖ 11 pueruli *Salmasius*: puerili Fφv | *lacunam trium verborum significavi*: *sed verba* casu — piscium *esse glossema vidit Br. Nakius* ‖ 14 tamen *om.* φV | largitur v ‖ 15 aq[t]ue F, atque φ, aque V *et in margine* aquę ‖ 18 intelligat Fφv | nichil φ ‖ 21 habeant potius v: aueant *Fulvius* ‖ 22 nichil φ ‖ 24 de falsa inuidia *vel* de falsoinuidia *Casaubonus* ‖ 25 epistolis Fφ, o͂ptis V ‖ 27 *post* susceptum *addendum videtur* potius ‖ 28 immane quantum *Wowerus* ‖

f. 110b. f. 8a. Ed. Oudend.

quantaeque diuidiae fuit: inde omnis huiusce accusationis obeundae ira et rabies et denique insania exorta est. quae si omnia palam et dilucide ostendero, tunc denique te, Claudi Maxime, et omnis qui adsunt contestabor, || puerum illum Sicinium Pudentem priuignum meum, cuius obtentu et uoluntate a patruo eius accusor, nuperrime curae meae ereptum, postquam frater eius | Pontianus et natu maior et moribus melior diem suum obiit, atque ita in me ac matrem suam nefarie efferatum, non mea culpa, desertis liberalibus studiis ac repudiata omni disciplina, scelestis accusationis huius rudimentis patruo Aemiliano potius quam fratri Pontiano similem futurum.

XXVIIII Nunc, ut institui, proficiscar ad omnia Aemiliani huiusce deliramenta, orsus ab eo quod ad suspitionem magiae quasi ualidissimum in principio dici animaduertisti, nonnulla me piscium genera per quosdam piscatores pretio quaesisse. utrum igitur horum ad suspectandam magiam ualet? quodne piscatores mihi piscem quaesierunt? scilicet ergo phrygionibus aut fabris negotium istud dandum fuisse, atque ita opera cuiusque artis permutanda, si uellem calumniis uestris uitare, ut faber mihi piscem euerreret, ut piscator mutuo lignum dedolaret. an ex eo intellexistis maleficio quaeri pisciculos, quod pretio quaerebantur? credo, si conuiuio uellem, gratis quaesissem. quin igitur etiam ex aliis plerisque me arguitis? nam saepe numero et uinum et olus et pomum et panem pretio mutaui. eo pacto cuppedinariis omnibus famem decernis. quis enim ab illis obsonare audebit, si quidem statuitur, omnia edulia (458) quae depenso parantur non cenae, sed magiae desiderari? quod si nihil remanet suspitionis, neque in piscatoribus mercede inuitatis

1 inuidiae fuerit v || 6 eriptum F, erupatum φ (*in margine* eruptum. l. $\overset{c}{e}$ erutum), ereptum v || 13 suspicionem Fφ, suspitionem v || 15 precio v || 17 phrigionibus FV, frygionibus φ || 18 fuisset *Groslotius* || 19 calumnias ũris F, calumpniis uestris φ || 20 mut$\overset{u}{a}$o F || 21 precio v || 23 holus φ | pom.. F, pom.. φ | precio v || 24 cu*pi*dinariis φ *in rasura* || 26 de penso φ | coenae v | destinari *Fulvius* || 27 nichil φ | suspicionis Fφv | merc. φ *in margine* ||

ad quod solent [ad piscem capiundum] — quos tamen nullos ad testimonium produxere, quippe qui nulli fuerunt —, neque in ipso pretio rei uenalis, cuius tamen quantitatem nullam taxauere, ne si mediocre pretium dixissent, contemneretur, si plurimum, non crederetur; si in his, ut dico, nulla suspitio est: respondeat mihi Aemilianus, | quo ‖ proximo signo ad accusationem magiae sit inductus. f.8b. f.111a.

XXX 'Pisces', inquit, 'quaeris'. nolo negare. sed oro te: qui pisces quaerit, magus est? equidem non magis arbitror, quam si lepores quaererem uel apros uel altilia. an soli pisces habent aliquid occultum aliis, sed magis cognitum? hoc si scis quid sit, magus es profecto; sin nescis, confitearis necesse est id te accusare quod nescis. tam rudes uos esse omnium literarum, omnium denique uulgi fabularum, ut ne fingere quidem possitis ista uerisimiliter? quid enim competit ad amoris ardorem accendendum piscis brutus et (459) frigidus aut omnino res pelago quaesita? nisi forte hoc uos ad mendacium induxit, quod Venus dicitur pelago exorta. audi sis, Tannoni Pudens, quam multa nescieris, qui de piscibus argumentum magiae recepisti. at si Vergilium legisses, profecto scisses, alia quaeri ad hanc rem solere. ille enim quantum scio enumerat uittas mollis et uerbenas pinguis et tura mascula et licia discolora, praeterea laurum fragilem, limum durabilem, ceram liquabilem: nec minus quae *idem* in opere serio scripsit:

falcibus et messae ad lunam quaeruntur aenis
pubentes herbae nigri cum lacte ueneni.
quaeritur et nascentis equi de fronte reuulsus
et matri praereptus amor.

19—21 Verg. ecl. VIII 64—82.
23—26 Verg. Aen. IIII 513—516.

1 quod solent *Wowerus*, id quod solet *Colvius*, atque solent *Fulvius* | *verba* ad piscem capiundum *seclusit Scriverius* ‖ 2 precio v ‖ 4 precium v | suspicio Fφv ‖ 9 aliquit F ‖ 10 seu magis *Colvius*, et m. *Wowerus* ‖ 12 rudis φv | litterarum v ‖ 17 an non impudens φ, tam non impudens v ‖ 18 at si uel V. *Iahnius* | V$\overset{i}{e}$rgilium F, Virgilium φ, Vergilium V ‖ 20 thura φv ‖ 21 *verba* laurum fragilem *transponenda videntur post verba* ceram liquabilem; *cf. Verg. l. d.* ‖ 22 idem *scripsi*: iam Fφv ‖ 23 falsibus v ‖ 25 *post literam* t *verbi* nascentis *in* F *rasura* | reuulsum F, reuulsu V ‖ 26 praecerptus *Hildebrandius* ‖

at tu piscium insimulator longe diuersa instrumenta magis attribuis, non frontibus teneris detergenda, sed dorsis squalentibus exscindenda, nec fundo reuellenda, sed profundo extrahenda, nec falcibus (460) metenda, sed hamis inuncanda. postremo in maleficio ille uenenum nominat, tu pulmentum, ille herbas et surculos, tu squamas et ossa, ille pratum | decerpit, tu fluctum scrutaris. memorassem tibi etiam Theocriti paria et alia Homeri et Orphei plurima, et ex comoediis et tragoediis Graecis et ex historiis multa repetissem, ni te dudum animaduertissem Graecam Pudentillae epistulam legere nequiuisse. igitur unum etiam poetam Latinum attingam; uersus ipsos [quos] agnoscent qui Laelium legere:

antipathes illud quaerit*o*. (461)
philtra omnia undique *ir*ruunt:
troch*us*, *pi*li, ungues, taeniae, (462)
radiculae, herbae, surculi, (463)
saurae, inlices bicodulae, (464)
hinnien*ti*um dulcedines.

XXXI Haec et alia quaesisse me potius quam pisces longe uerisimilius confinxisses — his etenim fortasse per famam peruulgatam fides fuisset —, si tibi ulla eruditio adfuisset. enimuero piscis ad quam rem facit captus nisi ad epulas coctus? ceterum ad magiam nihil quicquam uidetur mihi adiutare. dicam unde id coniectem.

2 detegenda *Colvius* | excindenda φv: excidenda *Colvius* ‖ 3 *fortasse* deuellenda | falsibus v ‖ 4 inlicienda *vel* insuenda *Heinsius adv. p.* 533 ‖ 6 fluctum] fretum *Colvius* ‖ 8 comediis F (o *scr. a manu pr.*) | tragediis φ ‖ 11 quos *seclusi cum Salmasio* | en uersus ipsos *Pricaeus*, uersus posui *Colvius* | Laelium Fφv: Laeuium *plurimi editores coll. Gell.* II 24, 8, XII 10, 5, XVIIII 7, 2 *et* 9, 7 ‖ 12 *et* 13 philtra omnia undique eruunt antiphates (antiphathes v) illud quaeritur Fφv: *versus transposuit et emendavit Salmasius ad Solin. p.* 661 *coll. Plin. nat. hist.* XXXVII 10, 145 ‖ 14 trochus, pili *Salmasius*: trochiscili Fφv: trochilisci *Casaubonus* | ungues φv, unges F: iynges *Scaliger* ‖ 15 *et* 16 radiculę herbę surculs aurę ınlȷcef bicodulę F, radicule herbe surculis aure illices bicodule φ, radicule herbe surculis aure inlicis bicodulιc V: *emendavit Salmasius* | (taeniae) alterplices bicoloreae, radiculae, herbae, surculi *Casaubonus* ‖ 16 auriplices bitortilae *Scaliger* ‖ 17 hinnientium *Casaubonus*, hinnientum Fφv ‖ 19 hi.s φ | *verba* his – fuisset *uncis inclusit Salmasius* ‖ 20 affuisset φ ‖ 21 faciat v | caeterum v ‖ 22 nichil Fφ | quamquam Fφ, quicquam v | uideatur φv | ιȝnu (mihi) F, m̄ φ | nihil quamquam uideatur mihi

(465) Pythagoram plerique Zoroastris sectatorem similiterque magiae peritum arbitrati, tamen memoriae prodiderunt, cum animaduertisset proxime Metapontum in litore Italiae suae, quam subsiciuam Graeciam fecerat, a quibusdam piscatoribus euerriculum trahi, fortunam iactus eius emisse et pretio dato iussisse, ilico piscis eos qui capti tenebantur solui retibus et reddi profundo; quos scilicet eum de manibus emissurum non fuisse, si quid in his utile ad magiam comperisset. sed enim uir egregie doctus et ueterum aemulator meminerat Homerum, | poetam multiscium uel potius cunctarum re- f. 9a. rum adprime peritum, uim omn*ium* medicaminum non mari, sed terrae *a*scripsisse, cum de quadam saga ad hunc modum memorauit:

ἣ τόσα φάρμακα ᾔδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.

i*d*emque alibi carminum similiter:

(466) *τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα*
φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

cum tamen nusquam apud eum marino aliquo et pisculento medicauit nec Proteus faciem nec Vlixes scrobem nec || Aeolus follem f. 111b.
(467) nec Helena crateram nec Circe poculum nec Venus cingulum. at uos soli reperti estis ex omni memoria, qui uim herbarum et radi-

12 Il. Λ 741.
14 Od. δ 229.
17—18 Od. δ 364, λ 25, κ 19, δ 591, κ 234. Il. Ξ 214.

adiutare *Colvius*, quod autem uideatur nihil adiutari *Vulcanius*, quam cur uideatur nihil adiutare *Acidalius*, quare autem uideatur nihil adiutare *Casaubonus*, mihi adnutare *Lipsius* ||

1 Zoroastri F || 3 littore v | suae] sibi *Wowerus* | subsicinam F || 4 quibus..:dam F (em *supra*) || 5 emissã F | precio v | illico Fφ | pisces v || 7 emissurum φ, amissurum Fv | fuisset F: quos scire licet eum de manibus missurum non fuisse *Casaubonus* | si quidem F, *post* quid *in* φ *rasura* | in ijs φ || 10 omnium *scripsi*: omnem Fφv | maris *Groslotius* || 11 ascripsisse *Casaubonus*: scripsisse Fφv || 12 hTOCαΦωPMAhdЄIOCαTPЄφЄIЄypЄCω χΘων Fφ, hTOCαΦαPMαKαhdЄIOCαTPЄΦЄIЄYPЄIαXΘωN V || 13 idemque *scripsi*: itemque Fφv || 14—15 ThπΛЄICTαπΛЄICTAΦЄIpЄI ZЄIΔωPOCAPOVPA | ΦAPMAKAΠOΛΛAμЄNЄCЄΛAMЄNI | MdμA KAdeΛVτPA· Fφ, ThΠΛЄICTαΦΘЄIPЄIZЄIdωPOCαPoυPαΦαpMαKα ΠoλλαMЄNЄCΘΛαMЄMЄMαNαΠoΛΛαdЄΛVΓPα V || 16 nusquam *Iahnius*: nunquam Fv, nun.quam φ | mario F (no *supra*) (no *a manu tert. scr.*) | piscolento Fφ || 17 Protheus Fφ | Ulyxes v || 18 creterram V || 19 erbarum F ||

cum et surculorum et lapillorum quasi quadam colluuione naturae de summis montibus in mare transferatis et penitus piscium uentribus insuatis. igitur ut solebat ad magorum cerimonias aduocari Mercurius *animarum* uector et illex animi Venus et Luna noctium conscia et manium potens Triuia: uobis auctoribus posthac Neptunus cum Salacia et Portuno et omni choro Nereidum ab aestibus (468) fretorum ad aestus amorum transferentur.

XXXII Dixi, cur non arbitrer quicquam negotii esse magis et piscibus. nunc, si uidetur, credamus Aemiliano, solere pisces etiam ad magicas potestates adiuuare. num ergo propterea quicumque piscem quaerit et ipse magus est? eo quidem pacto et qui myoparonem quaesierit pirata erit et qui uectem perfossor et qui gladium sicarius. nihil in rebus omnibus tam innoxium dices, quin id possit aliquid aliqua obesse, | nec tam laetum, quin possit ad tristitudinem intellegi. nec tamen omnia idcirco ad nequiorem suspitionem trahuntur, ut si tus et casiam et myrrham ceterosque id genus odores funeri tantum emptos arbitreris, cum et medicamento parentur et sacrificio. ceterum eodem piscium argumento etiam Menelai so- (469) cios putabis magos fuisse, quos ait poeta praecipuus flexis hamulis apud Pharum insulam famem propulsasse; etiam mergos et delphinos et scillas tu eodem referes, etiam gulones omnes, qui impendio a piscatoribus merguntur, etiam ipsos piscatores, qui omnium generum piscis arte adquirunt. 'cur ergo tu quaeris?' nolo equidem || (470)

19 Od. δ 368.

2 poenitus v: penitis *Salmasius* || 4 animarum *Acidalius*: carminum Fφv: manium *Sciopplus* | euocator *Acidalius*, inuentor *Stewechius*, auctor *Groslotius* || 6 nerej [dū] F || 8 negocii v || 10 piscem *om.* V || 11 myoparones φ || 12 pyrata Fφ || 13 nichil φ || 14 alicui aliqua *Vulcanius* || 15 intelligi Fφv | iccirco omnia v | sequiorem *Brantius* | suspicionem Fφv || 16 thus φv | myrram Fφ | caeterosque v | ad genus φ || 17 emptos *in* F *supra scr. a manu pr.* | pa .. tur [n] F || 18 caeterum v || 20 aput F | farum φv | propulsum isse *Colvius* | delfinos Fφ || 21 scillas *scripsi*: scillam Fφ, scyllās V: squillas *Vulcanius* | gluttones *Colvius* | omnis φv | inpendio pisces a pisc. V || 22 mercantur ς | omnium] ōi [ν (*man. sec.*)] F || 23 piscis [e] F | acquirunt φ: anquirunt *Stewechius* | cum Fφ, cur v | et tu v ||

nec necessarium habeo tibi dicere, sed per te, si potes, ad hoc quaesisse me argue, ut * *. si helleborum uel cicutam uel succum papaueris emissem, item alia eiusdem modi, quorum moderatus usus (471) salutaris, sed commixtio uel quantitas noxia est, quis aequo animo pateretur, si me per hoc ueneficii arcesseres, quod ex illis potest homo occidi?

Videamus tamen, quae fuerint piscium genera tam necessaria ad habendum tamque rara ad reperiendum, ut merito statuto praemio quaererentur. tria omnino nominauerunt, unum falsi, duo mentiti. falsi, quod leporem marinum fuisse dixerunt, qui alius omnino piscis fuit, quem mihi Themison seruus noster, medicinae non ignarus, ut ex ipso audisti, ultro attulit ad inspiciundum: nam quidem leporem nondum etiam inueni. sed profiteor me quaerere et cetera, non piscatoribus modo, uerum etiam amicis meis negotio dato, quicunque minus cogniti | generis piscis inciderit, ut eius mihi aut formam commemorent aut ipsum uiuum, si id nequierint, uel mortuum ostendant. quam ob rem id faciam, mox docebo. mentiti autem sunt callidissimi accusatores mei, ut sibi uidentur, cum me ad finem calumniae confinxerunt duas res marinas impudicis uocabulis quaesisse, quas Tannonius ille cum utriusque sexus genitalia intellegi uellet, sed eloqui propter infantiam causidicus (472) summus nequiret, multum ac diu haesitato tandem uirile marinum nescio qua circumlocutione male ac sordide nominauit. sed enim feminal nullo pacto reperiens munditer dicere ad mea scripta confugit et e quodam meo libro legit: 'interfeminium tegat et femoris obiectu et palmae uelamento.'

XXXIII (beside "Videamus tamen")

f. 9b. (beside "dato, quicunque")

1 ad haec v ‖ 2 *lacunam significavi* | elleborum Fφ | sucum φv ‖ 3 ita alia *Woweru*s | eiuscemodi *Groslotius* ‖ 5 hec φ ‖ 8 repperiendum F | $\overset{\text{to}}{\text{statu}}$ F, stauao φ, statu V ‖ 9 nominauerunt *Casaubonus*: nominauerant Fφv ‖ 10 *verba* qui alius omnino piscis fuit *traicienda videntur ante verba* nam quidem – inueni ‖ 11 themis conseruus FφV, Themison ς ‖ 12 *post* audisti *in* F *rasura* ‖ 13 inueni *Groslotius*: inuenit Fφv ‖ 14 caetera v | meis *om.* v ‖ 15 quicumque φv ‖ 16 *et* 17 uel si id n., m. *Vulcanius* ‖ 18 callidissime *Casaubonus* ‖ 19 fidem *Fulvius* | calumpnie φ | $\overset{\text{res}}{\ldots}$ φ ‖ 20 *post* ille *in* F *rasura* ‖ 21 intelligi Fφv ‖ 22 haesitans *Scriverius* ‖ 23 circunlocutione v ‖ 24 foeminal v | repperiens F | confugit qua ς: confugit. itaque *Casaubonus*, c. et quia *Bosscha* | e ς, *om.* FφV ‖ 25 libro meo V | interfoeminium

XXXIIII Hic etiam pro sua grauitate uitio mihi uortebat, quod me nec sordidiora dicere honeste pigeret. at ego illi contra iustius exprobrarim, f. 112a. quod qui || eloquentiae patrocinium uulgo profiteatur, etiam honesta dictu sordide blatteret ac saepe in rebus nequaquam difficilibus fringultiat uel omnino obmutescat. cedo enim, si ego de Veneris statua nihil dixissem neque interfeminium nominassem, (473) quibus tandem uerbis accusasses crimen illud tam stultitiae quam linguae tuae congruens? an quicquam stultius quam ex nominum propinquitate uim similem rerum coniectari? *s*et fortasse an peracute repperisse uobis uidebamini, *ut* quaesisse me fingeretis ad illecebras magicas duo haec marina, ueretillum et uirginal; disce enim nomina rerum Latina, quae propterea uarie nominaui, | ut denuo instructus accuses. memento tamen tam ridiculum argumentum fore desiderata ad res uenereas marina obscena, quam si dicas marinum pectinem comendo capillo quaesitum uel aucupandis uolantibus piscem accipitrem aut uenandis apris piscem apriculum aut eliciendis mortuis marina caluaria. respondeo igitur ad hunc uestrum locum non minus insulse quam absurde commentum, me hasce nugas marinas et quisquilias litoralis neque pretio neque gratis quaesisse. (474)

XXXV Illud etiam praeterea respondeo, nescisse uos, quid a me quaesitum fingeretis. haec enim friuola quae nominastis pleraque in litoribus omnibus congestim et aceruatim iacent, et sine ullius opera quamlibet leuiter motis flucticulis ultro foras euoluuntur. quin ergo dicitis me eadem opera pretio impenso per plurimos

v | foemoris v ||
1 u.rtebat φ || 2 exprobrauerim v || 5 ommutescat F | caedo v || 6 nichil φ | interfeminium ς, interfeminam F, interfem^i^nam φ, interfoemineam V: interfeminia *Hildebrandius* || 7 stulticiae v || 9 coniectari ς, coniectam FφV | set *Iahnius*: et Fφv | praeacute v || 10 reppetisse F, repetisse φ, repperisse v | *interpunctionem mutavi et* ut *scripsi*: at Fv, ac φ: *vulgo* uidebamini. At || 11 ueretillam Fφv || 13 instruct' v: instructius *Lipsius* || 15 commendo v | uolatilibus *Bosscha* || 18 *post* me *in* φ *rasura* || 19 quisquilias *vel* atque siquillas *Groslotius*: quiscilias F, qui scillas φ, quiscillas v | litorales φ, littoralis v | precio v || 22 fribola Fφ || 23 littoribus omnib' v || 24 leniter *Iahnius* || 25 precio v | plurimis os F, plurimis ^h^os φ ||

piscatoris quaesisse de litore conchulam striatam, testam *patentem*, calculum teretem, praeterea cancrorum furcas, echinorum calicu- (475) los, lolliginum ligulas, postremo assulas, festucas, resticulas et ostrea Pergami uermiculata, denique muscum et algam et cetera maris eiectamenta, quae ubique locorum uentis expelluntur, salo exspuuntur, tempestate reciprocantur, tranquillo deseruntur? || neque enim minus istis quae commemoraui accommodari possunt similiter ex uocabulo suspitiones. posse dicitis ad res uenereas sumpta de mari spuria et fascina propter nominum similitudinem: qui minus possit ex eodem litore calculus ad uesicam, testa ad (476) testamentum, cancer ad ulcera, alga ad querceram? nae tu, | Claudi f. 10a. Maxime, nimis patiens uir es et oppido pro*lixa* humanitate, qui hasce eorum argumentationes diu hercle perpessus sis. equidem cum haec ab illis quasi grauia et uincibilia dicerentur, illorum stultitiam ridebam, tuam patientiam mirabar.

Ceterum quam ob rem plurimos iam piscis cognouerim, quo- XXXVI (477) rundam adhuc nescius esse nolim, discat Aemilianus, quoniam usque adeo rebus meis curat. quanquam est iam praecipiti aeuo et occidua senectute, tamen, si uidetur, accipiat doctrinam seram plane et postumam. legat ueterum philosophorum monumenta, tandem ut intellegat, non me primum haec requisisse, sed iam pridem maiores meos, Aristotelem dico et Theophrastum et Eudemum et

1 littore v | conchalam Fφ, conchulam v | patentem *I. Fr. Gronovius*: habentem Fφ, hebetem v: tabentem *Iac. Gronovius*, albentem *Brantius*, testulam hiantem *Stewechius*, testulam hiascentem *Meursius* || 2 *post* furcas *in* φ *rasura* | echinum FφV, echinorum ς || 3 *malim* festuculas || 4 ostrea *corruptum*; *scribendum videtur* rostra: frusta P. u. *Salmasius*, ostrea in tergo u. *vel* o. peregrina u. *vel* o. perigrammis u. *vel* o., purgamina, u. *Triller. observ. crit.* I 14, ostreorum terga u. *Brantius*, ostreorum terga leuigata *Pricaeus*, et cetera teredine u. *Bosscha*, ossua teredine u. *Hildebrandius* | et caetera v, cetera Fφ || 5 litorum F *ex corr.; erat* locorum, locorum φ, littorum v || 6 expuuntur v || 7 commemorauit *Scriverius* || 8 suspiciones Fφv | uenerias Fφv || 9 sumptam de m. spumam *Latinius* || 10 littore v | calculos FφV, calculus ς || 11 querqueram *Casaubonus*: quercerum Fφv || 12 prolixa *Casaubonus*: proxima Fφv: prima *Lipsius*, plurima *Colvius* | qui *in* F *supra scr.* || 14 inuincibilia v | stulticiam v || 16 caeterum v || 18 quamquam v || 19 suscipiat v || 20 posthumam F, postumum φ, postuinum v || 21 intelligat Fφv || 22 Theoprastum Fφ | teudemum Fφ ||

Lyconem ceterosque Platonis minores, qui plurimos libros de genitu animalium deque uictu deque particulis deque omni differentia reliquerunt. bene quod apud te, Maxime, causa agitur, qui pro tua eruditione legisti profecto Aristotelis *περὶ ζῴων γενέσεως*, *περὶ ζῴων ἀνατομῆς*, *περὶ ζῴων ἱστορίας* multiiuga uolumina, praeterea problemata innumera eiusdem, tum ex eadem secta (478) ceterorum, in quibus id genus uaria tractantur. quae tanta cura conquisita si honestum et gloriosum illis fuit scribere, cur turpe sit nobis experiri? praesertim cum ordinatius et cohibilius eadem Graece et Latine adnitar conscribere et in omnibus aut omissa adquirere aut defecta supplere. permittite, si operae est, quaedam legi de magicis meis, ut sciat me Aemilianus plura quam putat quae- f. 112b. rere et sedulo explorare. prome tu librum e Graecis | meis, || quos forte hic amici habuere, sed *uti*que naturalium quaestionum, atque eum maxime, in quo plura de piscium genere tractata sunt. (479) interea, dum hic quaerit, ego exemplum rei competens dixero.

XXXVII Sophocles poeta Euripidi aemulus et superstes (uixit enim ad extremam senectam), cum igitur accusaretur a filio suomet dementiae, quasi iam per aetatem desiperet, protulisse dicitur Coloneum suam, peregregiam tragoediarum, quam forte tum in eo tempore conscribebat, eam iudicibus legisse nec quicquam amplius pro defensione sua addidisse, nisi ut audacter dementiae condemnarent, si carmina senis displicerent. ibi ego comperior omnis iudices tanto poetae adsurrexisse, miris laudibus eum tulisse ob argumenti sol-

4 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 277 et 710.

1 Liconem Fφ | caeterosque v || 3 qui *in φ supra scr.* || 4 ΓΕΝΕϹΕΙΝ FφV || 5 αΙΝΑΤΟΜΟΙϹ FφV || 6 *post* innumera *in* F *lacuna. excidisse videtur particula* cum | recta Fφ, secta v || 7 caeterorum v || 8 fuit illis v || 9 cohibitius φ || 10 adnititur φ | acquirere φv || 11 operae *Scriverius*, opera Fφv || 12 physicis *Pricaeus* || 13 ex v | si quos *Lipsius* || 14 *fortasse* huc – attulere | sedulj qȝ F, sedulique φv: sed utique *Lipsius* | atquintum *Lipsius*, ac quintum *Wowerus* || 17 poetae euripedi v || 19 Colonaeum Fφv || 20 peregregium Fφv, peregregiam ς || 21 eamque *Colvius* | quidquam φ || 22 condempnarent φ || 23 romanis F, romanos φ, omnes v, omnis ς || 24 assurrexisse φ ||

lertiam et cothurnum facundiae, nec ita multum omnes abfuisse quin accusatorem potius dementiae condemnarent.

Inuenisti tu librum? beasti. cedo enim: experiamur, an et mihi possint in iudicio literae meae prodesse. lege pauca de principio, dein quaedam de piscibus. at tu interea, dum legit, aquam sustine.

(480) Audisti, Maxime, quorum pleraque scilicet legeras apud antiquos philosophorum. et memento de solis piscibus haec uolumina a me conscripta, qui eorum coitu progignantur, qui ex limo coalescant, quotiens et quid anni cuiusque eorum generis feminae XXXVIII
(481) *subent*, mares suriant, quibus membris et causis discrerit natura uiuiparos eorum et ouiparos — ita enim Latine appello, quae Graeci ζῳοτόκα καὶ ᾠοτόκα — et, ne operose per *aquatilium* genit*us* pergam, deinde de differentia et | uictu et membris et aetatibus ceterisque plurimis scitu quidem necessariis, sed in iudicio alienis. pauca etiam de Latinis scriptis meis ad eandem peritiam pertinentibus legi iubebo, in quibus animaduertes cum *res* cognitu raras, tum nomina etiam Romanis inusitata et in hodiernum, quod sciam, infecta, ea [tamen] nomina labore meo et studio ita de Graecis prouenire, || ut tamen Latina moneta percussa sint. uel dicant nobis, Aemiliane, patroni tui, ubi legerint Latine haec pronuntiata uocabula. de solis f. 10b.
(482) aquatilibus dicam nec cetera animalia nisi in communibus differen-

1 coturnum F: cothurni facundiam *Fulvius* | omnes afuisse F, omnis af(u)fuisse φ, omnis abfuisse v: omnino abfuisse *Latinius* || 2 condempnarent φ || 3 cedo dum *Latinius* || 4 michi φ | litterae v || 5 deinde v | pisscibus F | ta quamquam F, tamquam φ, t a quã quã c⁀ aquamV, aquam ς: capsam *Lipsius* || 6 *post* sustine *vulgo addunt*: locus ex graeco libro Apulei naturalium quaestionum || 8 philosoforum F || 10 eorum cuiusque φ | foeminae v || 11 subent *Colvius*: subenntCnl F, subë ntant φ, subentant v || 13 ζωτοκαϬΙωCτοκα F, ζωοτοκα και ωοτοκα φ, ZωTOKαϬΙωQTOKα V | *verba* et ne—alienis *cum eis quae antecedunt coniunxit Iahnius* | perose per (*om.* v) animalium genita Fφv: per omnes an. genitus *Casaubonus*, ne operose per omnes an. g. p. *Elmenhorstius*, per aquatilium genitus (*vel* genituras) *Iahnius* || 14 caeterisque v || 15 iuditio v || 16 scribtis F || 17 res *Salmasius*: me Fφ, in eis v | cognitu raras F, cognituraras φ, cognitu rara v | ¦no...a F || 19 tamen *uncis inclusi* || 20 tamen] tanquam *Pricaeus*, iam *Iahnius* || 21 pronunciata v || 22 caetera v | comunibus φ | differentiis *Casaubonus*: differentes Fφv: ceteras animalis (*vel* — eis *vel* — es) nisi in c. differentes *Bosscha* ||

tiis attingam. ausculta igitur quae dicam. iam me clamabis magica nomina Aegyptio uel Babylonico ritu percensere: *σελάχεια, μαλάκεια, μαλακόστρακα, χονδράκανθα, ὀστρακόδερμα, καρχαρόδοντα, ἀμφίβια, λεπιδωτά, φολιδωτά, δερμόπτερα, πεζά, νέποδα, μονήρη, συναγελαστικά.* possum etiam pergere; sed non est operae in istis diem terere, ut sit mihi tempus adgredi ad cetera. haec interim quae dixi pauca recita Latine a me enuntiata.

XXXVIIII Vtrum igitur putas philosopho non secundum Cynicam temeritatem rudi et indocto, sed qui se Platonicae scholae meminerit, (483) utrum ei putas turpe scire ista an nescire, neglegere an curare, nosse quanta sit etiam in istis prouidentiae ratio an de deis immortalibus matri et patri credere? Q. Ennius hed*y*phagetica (484) uersibus scripsit. *ibi* innumerabilia genera piscium enumerat, quae scilicet curiose cognorat. paucos uersus memini, eos dicam:

omnibus | ut Clypeae praestat mustela marina:
mures sunt Aeni asperaq*ue* ostrea plurima Abydi, (485)

12 Vahleni quaestiones Ennianae pag. XCI (fragm. pag. 166).
16 — p. 49, 1 Athen. III p. 92d: Ἀρχέστρατος δ' ἐν Γαστρονομίᾳ φησί· τοὺς

2 egiptio φ | babilonico φv ‖ 2—5 CαλυχϾCαμ'αMαΛαKϾIαNαλω KOCTPαKXOPdpaKαμΘαOCTPαKodϾPμαKαμχωPO | dādoμTαΔM cPIBIϾTϾXIdαTαΦoΛIαωTα | dϾpμoΠTϾpά·ΠϾIα VOΠOdαμoNhph·cyнα | ΓϾMΓϾΛαCTIKα F, CαΛυχϾCα | μΑΛΑΚϾΙα μΑΛΑϞCOCTPA KΔTOKdpαKα | KeuocτpαπodeNαKαptυpodoMTυTINΦιBIαλem dατe ΦoλIαωTAdepμoΠτϾpα | ΠeCαHOnoduKoμhphcyHATϾΛACTIKA φ ‖ 2 CαλυχϾCα V ‖ 3 *χομδρακαμθα* V ‖ 4 *et* 5 *αμφιβια* ZϾΠIdαTαφoλιααTα *δερμιοπτερα* ΠϾCANOΠOΔA NONHPH CVNÀΓϾΛα TIKA V: *verba graeca emendavit Gronovius ad Herod. p.* 880 ‖ 6 aggredi φv ‖ 7 caetera v | dixit Fφ ‖ utrum ς, uerum FφV | cinicam F ‖ 9 scole φ ‖ 10 neglegere FV, negligere φ ‖ 11 de *om.* Fφ | diis Fφv ‖ 12 hedesphagitica Fφ, h e dp̃ phagitica V: Hedypathetica *Scaliger*, Hedyphageticis *Scriverius*, Ichthyophagetica *Colvius*, Edestis aut Phagicis *Casaubonus*, Hedyphagitica *Salmasius*, Hedypathia *Burmannus*, Heduphagetica *Vahlenus*: *quaenam fuerit carminis inscriptio, non constat* ‖ 13 aufib; F, a uersibus φV, quae uersibus ς: quae *delevit Salmasius*, qui uersibus *Bosscha* | scribsit FV | ibi *add. Iahnius* | piscium genera v ‖ 14 cognouerat F, cognouerat φ, cognorat v ‖ 15 ut Clipee Fφ, ut clypea v: at Clupeae *Turnebus adv.* XXI 21, at Clypea *vel* a Clypea *Casaubonus*, ad Clupeam *Vahlenus* ‖ 16 Eni Fφ, teni v | asperaque *Bergkius* (*in Fleckeiseni annal.* 1861 *p.* 621-625):

(486) est pecten Mytilenae [x]caradrumque[x] apud [x]umbracie[x] finis.[x]
(487) Brundisii sargus bonus est: hunc, magnus si erit, sume:
apriculum piscem scito primum esse Tarenti.
(488) Surrenti *fac emas elopem* glaucum*que* apud Cumas.
(489) quid scar*us*? praeterii cerebrum Iouis paene supremi:
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.
quid merulam, turdum, melanurum umbramque marinam?

μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος, | τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη· | πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει, καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν...

4 ibid. VII p. 300e: τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς, | τόν γε κρατιστεύοντα.

aspera Fφv: Aeni, ast aspra *Turnebus*, Aeni, ac plera ostrea, pluria Abydi *Lipsius*, Aenid, aspra *Salmasius*, Aeni, spissa *Vahlenus* | abidimȝ F, abidimuls φ, abidi mus v ‖

1 est pecten Mitylenae *Vahlenus*: Mitilene est pecten Fφ, mitilene est pectem v: mitylus est pecten *Scaliger* | caradrumque apud umbracie ([a]umbracie φ) finis (Fφ)] *verba nondum sanata*: caradrum quae apud umbracie finis v: aperque apud Ambraciae amnes *Turnebus*, caprosque apud Ambracienses *Casaubonus*, charadrusque apud Ambraciae amnes *Scaliger*, charadrumque Ambraciai *Salmasius*, carabusque apud Ambracienses *Colvius*, Ambraciotas *Heinsius*, charadrumque apud Ambraci' finis *Hildebrandius*, et apud Charadram Ambraciamque *Vahlenus*, et Arattum (*vel* Aratumque) apud Ambraciae finis (*corr.*; *fortasse* flos, *cf. Athen.* VII *p.* 305*e*) *Bergkius* ‖ 2 Brundisii Fφ, Brundusii v: Brundusio *Suerdsioeus vindic. praec. Bentl. p.* 53, Brundisi *I. V. Franckius*, Brundisii *vel* Brentesii *Lachmannus ad Lucret. p.* 328, Brentēsi *vel* Brundūsi *Ph. Wagnerus in Verg. Aen.* VIIII 151 | sargus bonus est Fφv: sargust *Vahlenus* | hunc magnus si erit sume Fφv (*cf. Bergkium l. d.*): hunc magnus erit si, Sume *Turnebus*, hunc magnus si erit tibi sume *Vahlenus* ‖ 3 apriculum v, apriclum Fφ | tarenti v, Targenti F, rrgenti φ ‖ 4 Surrenti fac emas elopem glaucumque apud (*i. e.* ape) Cumas (*vel* glaucumque ἀπὸ Κύμης) *Bergkius*: Surrenti telopem facemas glaucum aput (apud φ) Cumas quid Fφ, Surrenti aelopem facemas glaucum aput cumas quid V: Surrenti fac emas glaucum et Cumas apud. at quid *Turnebus*, Surrenti lopadas (*vel* chemas), glaucum Cumas apud. at quid *Scaliger*, Surrentid elopem face emas, glaucum ad Cumas. quid *Salmasius*, Surrenti face emas helopem, glaucum cape Cumis *Vahlenus* ‖ 5 quid scaru'? *Bergkius*: scarum Fφv | celebrum Iouis FV, cerebrum Iouis φ | suppremi F, supraemi v ‖ 7 quid merulam, turdum, melanurum umbramque marinam? *vel* quid melanurum, umbram, turdum merulamque marinam? *Bergkius*: melanurum turdum merulamque umbramque (umbra inque F, ūbra͂ inque φ) marinam Fφv: tum turdum, merulam, mela-

* *

polypus Corcyrae *est*, caluaria pinguia Atarnae,
purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini. (490)

alios etiam multis uersibus decorauit, et ubi gentium quisque eorum, qualiter assus aut iussulentus optime sapiat, nec tamen ab eruditis (491) f. 113a. reprehenditur. ne ego reprehendar, qui res pau||cissimis cognitas Graece et Latine propriis et elegantibus uocabulis conscribo.

XXXX Cum hoc satis dixi, tum aliud accipe. quid enim tandem, si medicinae neque instudiosus neque imperitus quaepiam remedia ex piscibus quaero? ut sane sunt plurima cum in aliis omnibus rebus eodem naturae munere interspersa atque interseminata, tum etiam nonnulla in piscibus. an remedia nosse et ea conquirere magi potius esse quam medici, quam denique philosophi putas? *cui* illis non ad quaestum, sed ad suppetias usura est. ueteres quidem medici etiam carmina remedia uulnerum norant, ut omnis uetustatis certissimus auctor Homerus docet, qui facit Vlixi de uulnere sanf. 11a. guinem profluentem sisti cantamine. nihil enim, quod salutis | ferendae gratia fit, criminosum est. 'at enim,' inquit, 'piscem cui rei nisi malae proscidisti, quem tibi Themison seruus attulit?' quasi uero non paulo prius dixerim, me de particulis omnium animalium, (492)

2 ibid. VII p. 318f: πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι· | καὶ Κέρκυρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος.
16 Od. τ 456.

nurum u. m. *Schraderus*, alburnum, turdum merulamque u. m., *vel*: alburnum, turdum, melanurum u. m. *Ritschelius ind. schol. Bonn. aest.* 1852 *p.* XV | *versus* 5—7 *Vahlenus sic scripsit*: quid turdum, merulam; melanurum umbramque marinam | praeterii atque scarum, cerebrum Iouis paene supremi? | Nestoris—bonusque ||

1 *aliquot versus hoc loco intercidisse puto* || 2 polypu' Corcyraest *Bergkius*: polipus Corcire Fφ, polypus corcirę V | Atarnae ς, tarne F, carne φv: acarnae *Vahlenus* || 3 purpura v, purpurm F, purpuram φ | muricuIi Fφ, marriculi v | mures Fφv: murex *Casaubonus* || 4 multos *Pricaeus* | eorum inueniatur, ostendit ς || 5 *post* aut *in* φ *rasura* | iusulentus F | sap..t F, sapat φ | erud.tis F || 11 nature e F, natura e|m φ || 12 ea rem. n. et ę. *Pricaeus* | potius ė φ, potius esset V || 13 cui *Hildebrandius*: qui Fφv || 14 set F | suppe.ias φ | usura FφV, usurus ς || 16 Vlyxi v || 17 nichil Fφ || 18 inquid F || 19 Themis conseruus Fφv: *cf. pag.* 43, 11 ||

de situ earum deque numero deque causa conscribere ac libros ἀνατομῶν Aristoteli et explorare studio et augere. atque adeo summe miror, quod unum a me pisciculum inspectum sciatis, cum iam plurimos, ubicumque locorum oblati sunt, aeque inspexerim, praesertim quod nihil ego clanculo, sed omnia in propatulo ago, ut quiuis uel extrarius arbiter adsistat, more hoc et instituto magistrorum meorum, qui aiunt hominem liberum et magnificum decere, si queat in primori fronte animum gestare. hunc adeo pisciculum, quem uos leporem marinum nominatis, plurimis qui aderant ostendi. necdum etiam decerno quid uocem, nisi quaeram sane accuratius, quod nec apud ueteres philosophos proprietatem eius piscis reperio, quamquam sit omnium rarissima et hercule memoranda. quippe solus ille, quantum sciam, cum sit cetera exossis, duodecim numero ossa ad similitudinem talorum suillorum in uentre eius conexa et catenata sunt. quod Aristoteles si scisset, nunquam profecto omisis||set scripto prodere, qui aselli piscis solius omnium in media aluo corculum situm pro maximo memorauit.
(493) 'piscem', inquit, 'proscidisti'. hoc quis ferat philosopho crimen XXXXI
esse, quod lanio uel coquo non fuisset? 'piscem proscidisti: quod crudum': id accusas? si cocto uentrem rusparer, hepatia suffoderem, ita ut apud te puerulus ille Sicinius Pudens | suomet obsonio discit, eam rem non putares accusandam: atqui maius crimen est philosopho comesse piscis quam inspicere. an hariolis licet iocinera rimari, philosopho contemplari non licebit, qui se sciat omnium animalium haruspicem, omnium deum sacerdotem? hoc in me
(494) accusas, quod ego et Maximus in Aristotele miramur? cuius nisi

15 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 312.

1 denique numero denique causa Fφ | lib.ros F ‖ 2 *fortasse* ideo ‖ 3 summe *Salmasius*: adeorum me miror FV, ad|eorum me miror φ ‖ 4 ubicunque φ | locarum V ‖ 5 nichil φ | ut] at v ‖ 6 assistat v ‖ 7 decere *scripsi*: debere Fφv ‖ 10 qui φ | uocent v ‖ 13 caetera v ‖ 15 connexa Fφv | scisset ς, *om.* FφV. *an scribendum est*: quod Ar. n. pr. omisisset, si scisset, scr. prodere? | nunquam ς, unquam Fφv ‖ 16 scribto V ‖ 17 medio V ‖ 18 inquid F ‖ 19 coco v ‖ 20 rusparer ς, rusparet Fφv | hepetia v | 21 Sicinus v ‖ obsono Fv ‖ 22 dixit v: uiuit *Casaubonus*, uixit *Lipsius* | accurandam v ‖ 23 ariolis φ | iocinena FφV ‖ 25 aruspicem φ ‖

libros bibliothecis exegeris et studiosorum manibus extorseris, accusare me non potes. sed de hoc paene plura quam debui.

Nunc praeterea uide, quam ipsi sese reuincant. aiunt mulierem magicis artibus, marinis illecebris a me petitam eo in tempore, quo me non negabunt in Gaetuliae mediterraneis montibus fuisse, ubi pisces per Deucalionis diluuia reperiantur: quod ego gratulor nescire istos, legisse me Theophrasti quoque *περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν* et Nicandri *θηριακά*. ceterum me etiam *ueneficii* reum postularent, ut qui hoc negotium ex lectione et aemulatione Aristoteli nactus sim, nonnihil et Platone meo adhortante, qui ait, eum (495) qui ista uestiget *ἀμεταμέλητον παιδιὰν ἐν βίῳ παίζειν*.

XXXXII Nunc quoniam pisces horum satis patuerunt, accipe aliud pari quidem stultitia, sed multo tanto uanius et nequius excogitatum. scierunt et ipsi argumentum piscarium futile et nihili futurum, praeterea nouitatem eius ridiculam, — quis enim fando audiuit, ad magica maleficia desquamari et exdorsari piscis solere? —, potius aliquid de rebus peruulgatioribus et iam creditis fingendum esse. igitur ad

7 Laert. D. V 2, 43.
10 Plat. Tim. p. 59c: τἆλλα δὲ τῶν τοιούτων οὐδὲν ποικίλον ἔτι διαλογίσασθαι τὴν τῶν εἰκότων μύθων μεταδιώκοντα ἰδέαν, ἣν ὅταν τις ἀναπαύσεως ἕνεκα τοὺς περὶ τῶν ὄντων ἀεὶ καταθέμενος λόγους, τοὺς γενέσεως πέρι διαθεώμενος εἰκότας ἀ μ ε τ α μ έ λ η τ ο ν ἡδονὴν κτᾶται, μέτριον ἂν ἐν τῷ β ί ῳ π α ι δ ι ὰ ν καὶ φρόνιμον ποιοῖτο. — Legg. III p. 685a: ἀλλὰ μὴν δεῖ γε ἡμᾶς τοῦτο ἐν τῷ νῦν σκοποῦντας καὶ ἐξετάζοντας περὶ νόμων, παίζοντας παιδιὰν πρεσβυτικὴν σώφρονα, διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως, ὡς ἔφαμεν, ἡνίκα ἠρχόμεθα πορεύεσθαι. — cf. Alcib. I p. 110b, Parmenid. p. 137b, Phaedr. p. 265c.

4 *verba* magicis artibus *secludi mavult Pricaeus* | inlecebris V ‖ 6 reperiebantur *Salmasius* ‖ 8 *βλητικῶν*] Βαhτωμ Fφ, ΒαhΤωΝ V | caeterum v | ueneficii *Casaubonus*: beneficiis Fφv ‖ 8 reum postularent *vir doctus in margine edit. Iunt. alt.*: eum p. Fφ, p. eum v ‖ 9 ut qui ς, ut quidem Fφv ‖ 10 sum v | nonnichil φ ‖ 11 ΝαΜΘ|ταμdhτοΝΠαΙdιαΝΘΝ ΒΙω ΠΘΖΘΙΝ. Fφ, αμΘΤωΝhdhΤΟΝΠαιdιαΝΘΝΒΙωΠΘζΘΙΝ V: *emendaverunt Spengelius* (*l. d. p.* 30) *et Hertzius* (*Philol.* XVII *p.* 178). *Casaubonus ex Platonis Timaeo p.* 90c *suppleverat*: *φρονεῖν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄνπερ ἀληθείας ἐφάπτηται* ‖ 13 stulticia v | tanta φV | excogitatu v ‖ 14 nichili φ, nihil v | praetereo *Latinius* ‖ 15 ridiculam ς, ridiculum FφV | magica *deleri vult Stewechius* ‖ 16 disquamari φv | exdorsuari *Casaubonus* ‖ 17 esset ς ‖

praescriptum opinio|nis et famae confinxere puerum quempiam f. 11b. (496) carmine cantatum || remotis arbitris, secreto loco, arula et lucerna f. 113b. et paucis consciis testibus, ubi incantatus sit, corruisse, postea nescientem sui excitatum. nec ultra isti quidem progredi mendacio ausi. *sed* enim fabula ut impleretur, addendum etiam illud fuit, puerum eundem multa praesagio praedixisse. quippe hoc emolumentum canticis accipimus, praesagium et diuinationem. nec modo uulgi opinione, uerum etiam doctorum uirorum auctoritate hoc miraculum de pueris confirmatur. memini me apud Varronem phi- (497) losophum, uirum accuratissime doctum atque eruditum, cum alia eiusdem modi, tum hoc etiam legere:

Trallibus de euentu Mithridatici belli magica percontatione consulentibus, puerum in aqua simulacrum Mercuri contemplantem, quae futura erant, centum sexaginta uersibus cecinisse. itemque Fabium, cum quingentos denarium perdidisset, ad Nigidium consultum uenisse; ab eo pueros carmine instinctos indicauisse, ubi locorum defossa esset crumina cum parte eorum, ceteri ut forent distributi; unum etiam denarium ex eo numero habere Catonem philosophum. quem se a pedissequo in stipe*m* Apollinis accepisse Cato confessus est.

Haec et alia apud plerosque de magi*cis* pueris lego equidem, XXXXIII
(498) sed dubius sententiae sum, dicamne fieri posse an negem. quamquam Platoni credam, inter deos atque homines natura et loco medias quasdam diuorum potestates intersitas, easque diuinationes cunctas et magorum miracula gubernare. quin et illud mecum reputo, posse animum humanum, | praesertim puerilem et simplicem seu carminum auocamento siue odorum delenimento soporari

23 Sympos. p. 202e.

1 confluxere *Colvius* || 2 *malim* incantatum | s. aliquo loco *Salmasius* | arcula *Pricaeus* || 4 excantatum *Burmannus ad Prop.* IIII 5, 13 || 5 sed enim *Bosscha*: enim Fφ, etenim v: at enim *Pricaeus* || 7 *verba* praesagium et diuinationem *secludenda putat Bosscha* || 11 eiusmodi v || 12 rallibus F | perconctatione consultantibus V || 13 Mercurii Fφ || 14 centum olx F || 15 Fabium ς, Fauium FV, Fanium φ || 16 indictasse F || 17 locarum defosso V | crumena φv | parti V: partim *Brantius* | caeteri v || 18 M. Catonem v. *in* F *litera* M. *erasa est* || 19 in stipem *Casaubonus*: in ſype F, in stipe φv || 21 magicis *Colvius*: magiis et Fφv | acquidem v || 24 intersitus v || 26 et praesertim ς ||

et ad obliuionem praesentium exsternari et paulisper remota corporis memoria redigi ac redire ad naturam suam, quae est immortalis scilicet et diuina, atque ita uelut quodam sopore futura rerum praesagare. uerum enimuero, ut ista sese habent, si qua fides hisce rebus impertienda est, debet ille nescio qui puer prouidus, || quantum ego audio, et corpore decorus atque integer deligi et animo sollers et ore facundus, ut in eo aut diuina potestas quasi bonis aedibus digne diuersetur, si tamen ea pueri corpore includitur, an (499) ipse animus expergitus cito ad diuinationem suam redigatur, quae ei prompte insita et nulla obliuione saucia et hebes facile resumatur. non enim ex omni ligno, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exculpi. quod si ita est, nominate, quis ille fuerit puer sanus, incolumis, ingeniosus, decorus, quem ego carmine dignatus sim initiare. ceterum Thallus, quem nominastis, medico potius quam mago indiget. est enim miser morbo comitiali ita confectus, ut ter an quater die saepe numero sine ullis cantaminibus corruat omniaque membra conflictationibus debilitet, facie ulcerosus, fronte (500) et occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedibus caducus. maximus omnium magus est, quo praesente Thallus diu
XXXXIIII steterit: ita plerumque morbo ceu somno uergens inclinatur. eum tamen uos carminibus meis subuersum dixistis, quod forte me coram semel decidit. conserui eius plerique adsunt, quos exhiberi denuntiastis. possunt dicere omnes, quid in Thallo despuant, cur nemo |
f. 12a. audeat cum eo ex eodem catino cenare, eodem poculo bibere. et quid ego de seruis? uos ipsi, *si au*detis, negate Thallum, multo prius quam ego Oeam uenirem, corruere eo morbo solitum, medicis saepe numero ostensum, negent hoc conserui eius qui sunt in ministerio uestro: omnium rerum conuictum me fatebor, nisi *rus adeo* omnium *uisu*

11 Iambl. de uita Pythag. c. 34 (p. 480 Kiessl.).

1 externari v || 3 uelud FV | sapore φ || 4 utut *Colvius* || 5 probus *Stewechius*, prouidis *Gruter. suspic. ined.* XXII 6 || 8 an FφV, aut ς || 9 diuinationem] diuinam naturam *Casaubonus* || 10 sautia v || 14 caeterum v: certe enim *Iahnius* || 15 infectus v || 16 an FV, aut φ: *delevit Salmasius* || 17 c̃uflictationibus V || 20 ceu] seu *Casaubonus* || 22 exiberi F || 23 denunciastis v | omnes] op V, homines ς || 24 coenare φ || 25 si audetis *Salmasius*: uidetis Fφv: audetis *Hildebrandius* || 26 Aeam v || 27 negent *Salmasius*: negant Fφv || 28 rus adeo omnium uisu diu *scripsi*: rasa de omnium

diu ablegatus est, in longinquos agros, ne familiam contaminaret. quod ita factum nec ab illis negari potest. eo nec potuit hodie a nobis exhiberi. nam ut omnis ista accusatio temeraria et repentina fuit, nudius tertius nobis Aemilianus denuntiauit, ut seruos numero quindecim apud te exhiberemus. adsunt quattuordecim, ‖ qui in oppido erant. Thallus solus, ut dixi, quod ferme ad centesi- f. 114a.
(501) mum lapidem longe ex*ul est, is* Thallus solus abest, sed misimus qui eum curriculo aduehat. interroga, Maxime, quattuordecim seruos quos exhibemus, Thallus puer ubi sit et quam salue agat, interroga seruos accusatorum meorum. non negabunt, turpissimum puerum corpore putri et morbido caducum, barbarum, rusticanum. bellum uero puerum elegistis, quem quis sacrificio adhibeat, cuius caput contingat, quem puro pallio amiciat, a quo responsum speret. uellem hercle adesset: tibi eum, Aemiliane, permisissem, ut teneres, si tu interrogares. iam in media quaestione hic ibidem pro tribunali oculos truces in te inuertisset, faciem tuam spumabundus conspuisset, manus contraxisset, caput succussisset, postremo in sinu tuo corruisset.

Quattuordecim seruos quos postulasti exhibeo. cur illis ad XXXXV
quaestionem nihil uteris? unum puerum atque eum caducum requiris, quem | olim abesse pariter mecum scis. quae alia est euidentior calumnia? quattuordecim serui petitu tuo adsunt, eos dissimulas; unus puerulus abest, eum insimulas. postremo, quid uis? puta Thallum adesse. uis probare, eum praesente me concidisse: ultro confiteor. carmine id factum dicis: hoc puer nescit, ego non factum reuinco. nunc caducum esse puerum nec tu audebis negare. cur ergo carmini potius quam morbo attribuatur eius ruina? an euenire non potuit, ut forte praesente me idem pateretur, quod

diu FφV, de omnium consensu rus diu ς: *cf. pag.* 55, 6: ni rus a tuore omnium d. abl. est *Hildebrandius*, [ni] rus ab ore omuium d. abl. est *Zinkius* (*Eos* 1864, 1 *p.* 82) ‖

1 $\overset{\text{ne}}{\text{de}}$ φ ‖ 4 denunciauit v | numero] n̄ FV, no̅ φ, numero ς ‖ 5 exiberemus φ | xiiii Fφ ‖ 6 rus ablegatus, ut dixi, quidem ς ‖ 7 exul est, is *Hildebrandius*: ex oleis Fφ, ex olęis V, ex oculis ς ‖ 8 xiiii Fφ ‖ 9 exibemus φ ‖ 10 accuratorum v ‖ 13 contingat] cingat *Vulcanius* ‖ 14 Hercule v | $\overset{\text{t}}{\text{adesse}}$ φ ‖ 14 *et* 15 et tenerem V ‖ 16 trucis φv ‖ 19 xiiii Fφ ‖ 22 calumpnia φ | xiiii Fv ‖ 26 nunc] num V: nam *Bosscha* ‖

saepe alias multis praesentibus? quod si magnum putarem caducum deicere, quid opus carmine fuit, cum incensus gagates lapis, (502) ut apud physicos lego, pulchre et facile hunc morbum exploret, cuius odore etiam in uenaliciis uulgo sanitatem aut morbum uenalium experiantur? etiam orbis a figulo circumactus non difficile eiusdem ualetudinis hominem || uertigine sui corripit. ita spectaculum rotationis eius animum saucium debilitat, ac multo plus ad caducos consternendos figulus ualet quam magus. tu frustra postulasti, ut seruos exhiberem: ego non de nihilo postulo, ut nomines, quinam testes huic piaculari sacro adfuerint, cum ego ruentem Thallum impellerem. unum omnino nominas puerulum illum Sicinium Pudentem, cuius me nomine accusas. is enim adfuisse se dicit: cuius pueritia etsi nihil ad religionem refragaretur, tamen accusatio*ni* fidem deroget. facilius fuit, Aemiliane, ac multo grauius, tete ut ipsum diceres interfuisse et ex eo sacro (503) coepisse dementire potius, quam totum negotium quasi ludicrum
f. 12b. pueris donares. puer cecidit, puer uidit: num etiam puer | aliquis incantauit?

XXXXVI Hic satis ueteratorie Tannonius Pudens cum hoc quoque mendacium frigere ac prope iam omnium uultu et murmure explosum uideret, ut uel suspitiones quorundam spe moraretur, ait pueros alios producturum, qui sint aeque a me incantati, atque ita ad aliam speciem argumenti transgressus est. quod quamquam dissimulare potui, tamen ut omnia, ita hoc quoque ultro prouoco. cupio enim

2 Plin. nat. hist. XXXVI 19, 142: (gagates lapis) deprendit sonticum morbum et uirginitatem suffitus.

1 ma[n]gum φ: magicum *Scriverius* || 2 deicere φ, deiicere Fv || 3 phisicos Fφ || 6 ualitudinis v | corripit] coarguit *Wowerus* || 9 nichilo φ || 10 [f]adfuerint φ || 13 affuisse Fφv | nichil φ: mihi *Iungermannus* | regionem F: libidinem *Casaubonus*, delationem *Wowerus* | se fragaretur *in* F *del. et in margine a manu pr. scr.* fragaretur, suffragaretur v || 14 accusationi *scripsi*: accusatio Fφv | derogaret v || 16 caepisse dementiri v || 17 donare *Pricaeus* | aliquis v, aliq F, aliquid φ || 19 ueteratoriae v | Tamnonius φ || 20 ma[u]rmure F || 21 suspiciones Fφv || 22 equae v ||

produci eos pueros, quos spe libertatis audio confirmatos ad mentiendum. sed nihil amplius dico: ut producant. postulo igitur et flagito, Tannoni Pudens, ut expleas quod es pollicitus. cedo pueros istos, quibus confiditis: produc, nomina qui sint. mea aqua licet ad hoc utare. dic, inquam, Tannoni. quid taces, quid cunctaris, quid respectas? quod si hic nescit quid dixerit aut nomina oblitus est, at tu, Aemiliane, cede huc, dic quid aduocato tuo mandaueris, exhibe pueros. quid expalluisti? quid taces? hocine accusare est? hocine tantum crimen deferre, an Claudium Maximum, tantum uirum, ludibrio habere, me calumnia insectari? quod si forte patronus tuus || uerbo prolapsus est et nullos pueros habes, quos f. 114b.
producas, saltem quattuordecim seruis quos exhibui ad aliquid
(504) utere. aut cur sisti postulabas tantam familiam? magiae accusans XXXXVII
de quindecim seruis denuntiasti: quid, si de ui accusares, quot tandem seruos postulares? sciunt ergo aliquid quindecim serui et occultum est. an occultum non est et magicum est? alterum horum fatearis necesse est, aut inlicitum non fuisse in quo tot conscios non timuerim, aut si inlicitum | fuit, scire tot conscios non debuisse. magia ista, quantum ego audio, res est legibus denegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum inlecebras interdicta. igitur est occulta non minus quam tetra et horribilis, plerumque noctibus uigilata et tenebris abstrusa et arbitris solitaria et carminibus murmurata, cui non modo seruorum,

20 Plin. nat. hist. XXVIII 2, 17: quid? non et legum ipsarum in duodecim tabulis uerba sunt: ‹qui fruges excantassit›, et alibi: ‹qui malum carmen incantassit›? — Senec. nat. quaest. IIII 7: et apud nos in duodecim tabulis cauetur, ‹ne quis alienos fructus excantasset›.

2 nichil φ | quam ut ς: nihil amplius: tantum producant *Salmasius*, nihil amplius: tantum ut producant *Bosscha* || 3 es *om.* FV || 4 *fortasse* confidis || 5 cōtaris V || 6 respectus F, expectas v | dicerit FV || 8 *et* 9 hoccine Fφv || 10 calumpnia φ || 12 xiiii F, quatuordecim φ | exibui F, ex^{h}ibui φ || 13 tantam v, tantum Fφ || 14 xv Fφ | denunciasti v | quot] quod Fφ || 15 xv F || 17 illicitum Fφ, inlicitum V: inclitum *Scriverius* || 18 inlicitum FφV || 19 delegata Fφv: denegata *Fulvius*, relegata *Iungermannus* || 20 xii FφV || 21 illecebras φ | est *scripsi*: et Fφv ||

f. 114b. f. 12b. Ed. Oudend.

uerum etiam liberorum pauci adhibentur. et tu quindecim seruos uis interfuisse? nuptiaene illae fuerunt an aliud celebratum officium an conuiuium tempestiuum? quindecim serui sacrum magicum participant quasi quindecimuiri sacris faciundis creati. cui tamen rei tot numero adhibuissem, si conscienti*a unius* nimis multi sunt? quindecim liberi homines populus est, totidem serui familia, totidem uincti ergastulum. an adiutorio multitudo eorum necessaria fuit, qui diutine hostias lustralis tenerent? at nullas hostias nisi gallinas (505) nominastis. an ut grana turis numerarent? an ut Thallum prosternerent?

XXXXVIII Mulierem etiam liberam perductam ad me domum dixistis eiusdem Thalli ualetudinis, quam ego pollicitus sim curaturum: eam quoque a me incantatam corruisse. ut uideo, uos palaestritam, non magum accusatum uenistis: ita omnis qui me accessere dicitis cecidisse. negauit tamen quaerente te, Maxime, Themison medicus, a quo mulier ad inspiciendum perducta est, quicquam || ultra passam, nisi quaesisse me, ecquid illi aures obtinnirent et utra earum magis: ubi responderit, dexteram sibi aurem nimis inquietam, | f. 13a. confestim discessisse. hic ego, Maxime, quanquam sedulo inpraesentiarum a laudibus tuis tempero, necubi tibi ob causam istam (506) uidear blanditus, tamen sollertiam tuam in percontando nequeo quin laudem. dudum enim, cum haec agitarentur et illi incantatam mulierem dicerent, medicus qui adfuerat abnueret, quaesisti tu nimis quam prudenter, quod mihi emolumentum fuerit incantandi. responderunt: 'ut mulier rueret.' 'quid deinde? mortua est?' inquis. negarunt. 'quid ergo dicitis? quod Apulei commodum, si ruisset?' ita enim pulchre ac perseueranter tertio quaesisti, ut qui

1 adibentur φ | xv φ || 2 nubtiene F || 3 xv Fφ || 4 xvuiri F || 5 si conscientia unius nimis m. s. *Casaubonus* (*vel* si conscientia unius multi sunt): si conscientiae nimis multi sunt Fφv: si conscientiae unus multi sunt *Groslotius* | xv Fφ || 8 diutino *Colvius* || 9 nominastis an ut φ, nominasti sancia F, nominasti sancit V | thuris φ | numerarent] mundarent *Pricaeus* || 12 Thallo *Casaubonus* | ualitudinis φv || 13 incantatam a me v || 14 accessero FV, accesserint ς | interdicitis ς || 17 earum ς, eorum Fφv || 18 dexetram F, dexteram φ, dextram v || 19 haec *Scriverius* | quamquam φ | impraesentiarum v || 20 ne ubi v || 21 perconctando Fφ || 23 affuerat φ || 24 emulumentum F || 25 qd (de) in φ || 26 Apulei V, Apuleii Fφ ||

scires omnium factorum rationes diligentius examinandas, ac saepius causas quaeri, facta concedi, eoque etiam patronos litigatorum causidicos nominari, quod cur quaeque facta sint expediant. ceterum negare factum facilis res est et nullo patrono indiget: recte factum uel perperam docere, id uero multo arduum et difficile est. frustra igitur an factum sit anquiritur, quod nullam malam causam habuit ut fieret. ita facti reus apud bonum iudicem scrupulo quaestionis liberatur, si nulla fuit ei ratio peccandi. nunc quoniam neque incantatam neque prostratam mulierem probauerunt, et ego non nego petitu medici a me inspectam, dicam tibi, Maxime, cur illud de aurium tinnitu quaesierim, non tam purgandi mei gratia in ea re, quam tu iam praeiudicasti neque culpae neque crimini confinem, quam ut ne quid dignum auribus tuis et doctrinae tuae con-
(507) gruens reticuerim. dicam igitur quam breuissime potuero: | etenim admonendus es mihi, non docendus.

XXXXVIIII

Plato philosophus in illo praeclarissimo Timaeo caelesti quadam facundia uniuersum mundum molitus postquam de nostri quoque animi trinis potestatibus sollertissime || disseruit et, cur (f. 115a.) quaeque membra nobis diuina prouidentia fabricata sint, aptissime docuit, causam morborum omnium trifariam percenset. primam causam primordiis corporis attribuit, si ipsae elementorum qualitates, uuida et frigida, et his duae aduorsae non congruant; id adeo euenit, cum quaepiam earum modum excessit aut loco demigrauit. sequens causa morborum inest in eorum uitio, quae iam concreta ex simplicibus elementis una tamen specie coaluerunt, ut est sanguinis species et uisceris et ossi et medullae, porro illa quae ex hisce singularibus mixta sunt. tertio in corpore concrementa uarii

16 Tim. p. 82—86.

1 *scires* φ *ex corr.*, ut quis ej res F || 11 gratia *deleri mavult Stewechius* || 13 dignum *uncis inclusit Scriverius* || 14 potero φ || 17 igitur post[er]quam φV || 18 disseruit F, diseruit v || 19 apertissime *Goesius* || 21 adtribuit V || 22 uuida] humida φ *ex corr.* | iis F, hiis φV | aduorse FφV || 23 modum F, [o]m φ, modo v || 24 causam v || 26 ossis v || 27 concremata φ: concreta *Latinius* ||

fellis et turbidi spiritus et pinguis humoris nouissima aegritudinum
L incitamenta sunt. quorum e numero praecipua sit materia morbi
comitialis, de quo dicere exorsus sum, cum caro in humorem cras- (508)
sum et spumidum inimico igni conliquescit, et spiritu indidem
parto ex candore compressi aeris albida et tumida tabes fluit. ea
namque tabes si foras corporis prospirauit, maiore dedecore quam
f. 13b. noxa diffunditur. pectoris enim primorem cutim uitiligine in|signit
et omnimodis maculationibus conuariat: sed cui hoc usu uenerit,
nunquam postea comitiali morbo adtemptatur. ita aegritudinem
animi grauissimam leui turpitudine corporis compensat. enimuero
si perniciosa illa dulcedo intus cohibita et bili atrae sociata uenis (509)
omnibus furens peruasit, dein ad summum caput uiam molita dirum
fluxum cerebro immiscuit, ilico regalem partem animi debilitat,
quae ratione pollens uerticem hominis uelut arcem et regiam in-
sedit. eius quippe diuinas uias et sapientes meatus obruit et obtur-
bat: quod facit minore pernicie per soporem, cum potu et cibo
plenos comitialis morbi praenuntia strangulatione modice angit.
sed si usque adeo aucta est, ut etiam uigilantium capiti offundatur,
tum uero repentino mentis nubilo obtorpescunt ‖ et moribundo
corpore cessante animo cadunt. eum nostri non modo maiorem
et comitialem, uerum etiam diuinum morbum, ita ut Graeci ἱερὰν
νόσον, uere nuncuparunt: uidelicet quod animi partem rationalem,
quae longe sanctissima est, eam uiolet.

LI Agnoscis, Maxime, rationem Platonis quantum potui pro tem-
pore perspicue explicatam, cui ego fidem arbitratus causam diuini
morbi esse, cum illa pestis in caput redundauit, haudquaquam ui- (510)

3 comicialis v ‖ 4 conliquaescit v | spiritu F, spiritum φv ‖ 5 parto Fφv: spiritum inde parit et *Latinius*, spiritum indidem parta *Hildebrandius* | calore *Pricaeus* | tumida] spumida *Pricaeus* ‖ 6 corpore *Pricaeus* ‖ 7 pectoris] corporis *Casaubonus* ‖ 9 comiciali v | adtemptatur Fφ, abtemptatur V ‖ 10 animũ v | compescat v ‖ 11 dulcedo] *corruptum*; *fortasse* uligo; albedo *Colvius*, muccedo *Vulcanius* ‖ 13 illico φv ‖ 14 uelud F | et regiam φv, egregiam F ‖ 15 sapientis φv | obstruit et obturat *Fulvius* ‖ 17 praenuncia v ‖ 19 *post* obtorpescunt *in* F *rasura* ‖ 21 comicialem v ‖ 21 *et* 22 hiepαN NOCON Fφ, ЪIЄpÒN NÓCON V ‖ 22 uero V: *del. Salmasius* ‖ 23 est v, *in* F *est erasum, in* φ *extat in rasura* ‖ 24 potuit (t *supra*) *Colvius* ‖ 26 cap.. φ | redudauit F ‖

deor de nihilo percontatus, an esset mulieri illi caput graue, ceruix torpens, tempora pulsata, àures sonorae. ceterum, | quod dexterae auris crebriores tinnitus fatebatur, signum erat morbi penitus adacti. nam dextera corporis ualidiora sunt, eoque minus spei ad sanitatem relinquunt, cum et ipsa aegritudini succumbunt. Aristoteles adeo in problematis scriptum reliquit, quibuscumque caducis a dextero morbus occipiat, eorum esse difficiliorem medelam. longum est, si uelim Theophrasti quoque sententiam de eodem morbo
(511) recensere; est enim etiam eius egregius liber de caducis. quibus tamen in alio libro, quem de inuidentibus animalibus conscripsit, remedio esse ait exuuias stellionum, quas uelut senium more ceterorum serpentium temporibus statutis exuant. sed nisi confestim eripias, malignone praesagio an naturali adpetentia ilico conuertuntur et deuorant. haec idcirco commemoraui, nobilium philosophorum disputata simul et libros sedulo nominaui nec ullum ex medicis aut poetis uolui attingere, ut isti desinant mirari, si philosophi suapte doctrina causas morborum et remedia nouerunt. igitur cum ad inspiciendum mulier aegra curationis gratia ad me perducta sit,
(512) atque hoc et medici confessione qui adduxit ad meam ratiocinationem recte factum esse conueniat: aut constituant, magi et malefici hominis esse morbis mederi, aut si hoc dicere non audent, fateantur, se în puero || et muliere caducis uanas et prorsus caducas calumnias intendisse. f. 115b.

6 Aristotelis fragm. ed. Rose p. 237.
9 Laert. Diog. V 42—43 (περὶ ἐπιλήψεως α', περὶ τῶν ζῴων ὅσα λέγεται φθονεῖν α').
11 Plin. nat. hist. XXX 10, 87—89.

1 nichilo φ || 2 auris v | sonorae ceterum ς, sonora et ceterum F, sonor.. et ceterum φ, sonora et caeterum v | dexte φ, dextrae v || 4 exacti *Stewechius*, adaucti *Groslotius* || 5 aegritudini succumbunt ς, aegritudinis accumbunt FφV || 6 scribtum V | quibuscumque ς, quibus eque Fφv: quibusque *Acidalius*, aeque reliquit, quibus *Iungermannus* || 10 inuidentibus FφV (*et Casaubonus*): non uidentibus ς | conscribsit V || 11 exubias FV | stelionum FV | caeterorum v || 13 presagia F | adpetentia FV, appetentia φ | illico φ || 14 iccirco v | ...memoraui φ (com) || 19 ad mea ratiocinatione Fφ, ad meam ratiocinationem v: ac mea ratiocinatione *Fulvius* || 22 sed prorsus F || 23 calumpnias φ ||

LII Immo enim si uerum uelis, Aemiliane, tu potius caducus qui
iam tot calumniis cecidisti. neque enim grauius est corpore quam
f. 14a. corde collabi, pede potius quam mente cor|ruere, in cubiculo despui
quam in isto splendidissimo coetu detestari. at tu fortasse te putas
sanum, quod non domi contineris, sed insaniam tuam, quoquo te
duxerit, sequeris. atqui si contendere uis furorem tuum cum Thalli
furore, inuenies non permultum interesse, nisi quod Thallus sibi,
tu etiam aliis furis. ceterum Thallus oculos torquet, tu ueritatem,
Thallus manus contrahit, tu patronos, Thallus pauimentis inliditur,
tu tribunalibus. postremo ille quidquid agit, in aegritudine facit,
ignorans peccat: at tu, miser, prudens et sciens delinquis. tanta
uis morbi te instigat: falsum pro uero insimulas, infectum pro
facto criminaris, quem innocentem liquido scis, tamen accusas ut
LIII nocentem. quin etiam — quod praeterii — sunt quae fatearis
nescire, et eadem rursus, quasi scias, criminaris.

Ais enim me habuisse quaedam sudariolo inuoluta apud lares
Pontiani. ea inuoluta quae et cuius modi fuerint, nescisse te confiteris, neque praeterea quemquam esse qui uiderit: tamen illa contendis instrumenta magiae fuisse. nemo tibi blandiatur, Aemiliane: non est in accusando uersutia ac ne impudentia quidem: ne tu arbitreris. quid igitur? furor infelix acerbi animi et misera insania crudae senectutis. his enim paene uerbis cum tam graui et perspi- (513)
caci iudice egisti: 'habuit Apuleius quaepiam linteolo inuoluta apud lares Pontiani. haec quoniam ignoro quae fuerint, idcirco magica fuisse contendo. crede igitur mihi quod dico, quia id dico | quod nescio.' o pulchra argumenta et aperte crimen reuincentia. 'hoc fuit, quoniam quid fuerit ignoro.' solus repertus es, Aemiliane, qui scias etiam illa || quae nescis. tantum super omnis stultitia euectus es: quippe [qui] sollertissimi et acerrimi philosophorum ne iis qui-

1 imo v | enim *del. Salmasius* | si audire uerum uelis ς || 2 calumpniis φ || 6 si ς, *om.* Fφv | contenderi V || 8 ceterum] etenim *vel* iterum *Latinius* || 9 inliditur FV, illiditur φ || 10 quicquid φv || 11 delinqui.s F || 14 fateris *Pricaeus* || 20 imprudentia *Pricaeus* || 24 idcirco φ, iccirco Fv || 25 quia id *om.* F || 26 et *in* φ *scr. a manu rec.* || 26 *et* 27 *verba* hoc fuit — ignoro *om.* φ || 28 stultitia *Casaubonus*: stultitie Fφ, stulticia v | euectus Fφ, uectus v || 29 qui *seclusit Iahnius*: quippeni *Colvius* | philosophorum fuerunt ς ||

dem confidendum esse aiunt quae uidemus: at tu de illis quoque adfirmas, quae neque conspexisti unquam neque audisti. Pontianus si uiueret atque eum interrogares, quae fuerint in illo inuolucro, nescire se responderet. libertus eccille, qui clauis eius loci in hodiernum habet et a uobis stat, nunquam se ait inspexisse, quanquam ipse aperiret utpote promus librorum qui illic erant conditi paene quotidie et clauderet, saepe nobiscum, multo saepius solus intraret, linteum in mensa positum cerneret sine ullo sigillo, sine uinculo. quidni enim? magicae res in eo occultabantur: eo neglegentius adseruabam *scilicet.* enim libere scrutandum et inspicien-
(514) dum, si liberet, etiam auferendum temere exponebam, alienae custodiae commendabam, alieno arbitrio permittebam. quid igitur impraesentiarum uis tibi credi? quodne Pontianus nescierit qui indiuiduo contubernio mecum uixit, id te scire, quem nunquam uiderim nisi pro tribunali? an quod libertus adsiduus, cui omnis facultas inspiciendi fuit, quod is libertus non uiderit, te qui nunquam eo accesseris uidisse? denique ut quod non uidisti, id tale fuerit quale dicis: atqui, stulte, si hodie illud sudariolum tu intercepisses, quicquid ex eo promeres, ego magicum negarem.

Tibi adeo permitto, finge quiduis, reminiscere, excogita, quod LIIII
possit magicum uideri: tamen de eo tecum decertarem. | aut ego f. 14b.
subiectum dicerem aut remedio acceptum aut sacro traditum aut somnio imperatum. mille alia sunt quibus possem more communi et uulgatissima obsecrationum consuetudine uere refutare. nunc id postulas, ut quod deprehensum et detentum tamen nihil me apud bonum iudicem laederet, id inani suspitione incertum et in-

1 esse] $\overset{x}{\text{ee}}$ F ‖ 2 affirmas φv ‖ 3 interrogares v, interrogaret Fφ: *fortasse* interrogaretis ‖ 4 se nescire φ | libertus eccille φV, libertus et ljbe|rtuseccille F, libertus etiam ille ς ‖ 7 cotidie V ‖ 9 negligentius Fφv | eone diligentius adseruabam? *Gudius ad Phaedr.* I 25 ‖ 10 scilicet. enim *Bosscha*: sed eui FV, sed enim φ ‖ 13 inpraesentiarum v | quod Pontianus quidem *Scriverius* | in indiuiduo *Scriverius* ‖ 15 assiduus φV ‖ 16 *verba* quod is libertus *delenda putat Latinius*: *verba* cui omnis – libertus *secludere mavult Bosscha*. ‖ 20 comminiscere *Colvius*, eminiscere *Pricaeus* ‖ 23 imparatum v ‖ 24 obsecrationum *scripsi*: obseruationum Fφv ‖ 25 deprehensum Fφ, reprehensum V: re prehensum *Hildebrandius* | detectum *Fulvius* ‖ 26 suspicione Fφv ‖

f. 116a. cognitum || condemnet. haud sciam an rursus, ut soles, dicas: 'quid ergo illud fuit, quod linteo tectum apud lares potissimum deposuisti?' itane est, Aemiliane? sic accusas, ut omnia a reo percon- (515) *tans* nihil ipse adferas cognitum. 'quam ob rem piscis quaeris?' 'cur aegram mulierem inspexisti?' 'quid in sudario habuisti?' ut*rum* tu accusatum an interrogatum uenisti? si accusatum, tute argue quae dicis, si interrogatum, noli praeiudicare quid fuerit, quod ideo te necesse est interrogare, quia nescis. ceterum hoc quidem pacto omnis homines rei constituentur, si ei qui nomen cuiuspiam detulerit, nulla necessitas sit probandi, omnis contra facultas percontandi. quippe omnibus, si cui forte negotium magiae facessitur, quicquid omnino egerint, obicietur. uotum in alicuius statuae femore signasti: igitur magus es; aut cur signasti? tacitas preces in templo deis allegasti: igitur magus es; aut quid optasti? (516) contra: nihil in templo precatus es: igitur magus es; aut cur deos non rogasti? similiter si posueris donum aliquod, si sacrificaueris, si uerbenam sumpseris. dies me deficiet, si omnia uelim persequi, quorum rationem similiter calumniator flagitabit. | praesertim quod conditum cumque, quod obsignatum, quod inclusum domi adseruatur, id omne eodem argumento magicum dicetur, aut e cella promptuaria in forum atque in iudicium proferetur.

LV Haec quanta sint et cuius modi, Maxime, quantusque campus calumniis hoc Aemiliani tramite aperiatur, quantique sudores innocentibus hoc uno sudariolo adferantur, possum equidem pluribus disputare, sed faciam quod institui: etiam quod non necesse est confitebor et interrogatus ab Aemiliano respondebo. interrogas, Aemiliane, quid in sudario habuerim. at ego quamquam omnino positum ullum sudarium meum in bybliotheca Pontiani possim ne-

1 cōdempnet φ || 2 potissimum] Pontiani *Pricaeus* || 3 percontans *scripsi*: perconctare Fφ, percontare V, percontere ς: percontaris *Hildebrandius* || 4 nichil φ | pisces φ || 6 utrum tu *Salmasius*: ut sumtu Fφ, ut su tu V, insutum ς: num tu *Fulvius* | accusatam F || 8 caeterum v || 11 si cui F, sic˜ φ, sicut v: ut cuique *vel* simul cui *Casaubonus*, si quid *Wyttenbachius* | negocium v || 12 facessetur *Casaubonus* | obicietur F, obiicietur φv || 13 assignasti ς || 15 nichil φ | praecatus v || 21 promptaria V || 22 cuiuscemodi V || 23 calumpniis φ, calumns V | Emiliane v || 28 bybliotheca F, biblyotheca φ, bibliotheca v ||

:dend. f. 116a. f. 14b.

,are, at maxime fuisse concedo: tamen, cum habeam dicere, nihil in ·o inuolutum fuisse, || — quae si dicam, neque testimonio aliquo ıeque argumento reuincar. nemo est enim qui attigerit, unus li-›ertus, ut ais, qui uiderit — tamen, inquam, per me licet fuerit refer-'ssimum. sic enim, si uis, arbitrare, ut olim Vlixi socii thesaurum ɜpperisse arbitrati sunt, cum utrem uentosissimum manticularen-ur. uin dicam, cuius modi illas res in sudario obuolutas laribus 'ontiani commendarim? mos tibi geretur.

Sacrorum pleraque initia in Graecia participaui. eorum quaedam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conseruo. nihil insolitum, nihil incognitum dico. uel unius Liberi patris mystae qui adestis scitis, quid domi conditum celetis et absque omnibus profanis tacite ueneremini. at ego, ut dixi, multiiuga sacra et plurimos ritus et uarias cerimonias studio ueri et officio erga | deos didici. nec hoc ad tempus compono, sed abhinc ferme f. 15a. triennium est, cum primis diebus quibus Oeam ueneram publice disserens de Aesculapii maiestate eadem ista prae me tuli et quot sacra nossem percensui. ea disputatio celebratissima est, uulgo legitur, in omnium manibus uersatur, non tam facundia mea quam mentione Aesculapii religiosis Oeensibus commendata. dicite aliqui, si quis forte meminit, huius loci principium. audisne, Maxime, multos suggerentis? immo, ecce etiam liber offertur. recitari ipsa haec
(518) iubebo, quoniam ostendis humanissimo uultu auditione te ista non grauari.

5 Hom. Od. κ 28—55.
17 Apul. florid. IIII 18 sub fin.

1 ac FφV: at *Salmasius* | maxime tamen ς | concedo *scripsi*: concedam Fφv | tamen habeam F, tamen tamen habeam φ, tamen cum habeam v | nichil φ || 3 est *om.* v || 4 refertissimum *Wyttenbachius*: repertissimum Fφv || 5 Vlixis φ, Vlyxi v | sotii v || 6 repperisse F, reperisse φv || 11 nichil φ | nichil φ || 12 miste Fφ, symmyste v || 13 prophanis Fv || 16 uenirem (in) *Bosscha* || 17 deserens φ | quot ς, quod Fφ, qd v || 18 nos semper censui Fφ || 19 omnium F, omnibus φV || 20 religionis *Casaubonus* | aliqui F, aliquis φv || 21 si qui v ||

LVI Etiamne cuiquam mirum uideri potest, cui sit ulla memoria religionis, hominem tot mysteriis deum conscium quaedam sacrorum crepundia domi adseruare, atque ea lineo texto inuoluere, quod purissimum est rebus diuinis uelamentum? quippe lana, segnissimi f. 116b. corporis excrementum, pecori detracta, iam inde ‖ Orphei et Pythagorae scitis profanus uestitus est. sed enim mundissima lini seges inter optumas fruges terra exorta non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed opertui quoque rebus sacris usurpatur.

Atque ego scio, nonnullos et cum primis Aemilianum istum facetiae sibi habere, res diuinas deridere. nam, ut audio partim Oeensium qui istum nouere, nulli deo ad *ist*oc aeui supplicauit, nullum templum frequentauit, si fanum aliquod praetereat, nefas habet, adorandi (519) gratia manum labris admouere. iste uero nec dis ruratio|nis, qui eum pascunt ac uestiunt, segetis ullas aut uitis aut gregis primitias impartit: nullum in uilla eius delubrum situm, nullus [locus aut] lucus consecratus. et quid ego de luco et delubro loquor? negant uidisse se qui fuere in finibus eius unum saltem aut lapidem unctum aut ramum coronatum. igitur agnomenta ei duo indita: Charon, ut iam dixi, ob oris et animi diritatem, sed alterum, quod libentius

5 Laert. Diog. VIII 19: *στολὴ δ' αὐτῷ* (Pythagorae) *λευκή, καθαρά, καὶ στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων· τὰ γὰρ λινᾶ οὔπω εἰς ἐκείνους ἀφῖκτο τοὺς τόπους.*
20 pag. 32, 9.

2 mysteriûm *Casaubonus* | dm̄ F ‖ 3 ea ς, eo FφV ‖ 4 *et* 5 *scribendum videtur* segnissimi pecoris excrementum, *glossemate* corpori detracta *secluso* ‖ 6 prophanus Fv ‖ 7 optumas F, optimas φv ‖ 8 *verba* sanctissimis – quoque *in φ omissa sunt, extant autem in calce* | in rebus s. *Vulcanius* ‖ 10 atqui *Floridus* ‖ 11 diuina v | partim oensium Fφv, percensentibus iis ς: *emendavit Salmasius ad Solin. p.* 227 ‖ 12 ad istoc *scripsi*: ad(*rasura*)hoc F, adij hoc φ, ad hoc v | aui F | supplicauit F *in rasura* ‖ 13 ad nefas φ, nephas v ‖ 14 gratia ς, gratiam Fφ, g͂ra v | isti Fφ | diis Fv | disrurationis φ ‖ 15 primicias v ‖ 16 locus aut *seclusit Iahnius* ‖ 17 et] ec F: sed *Groslotius* ‖ 18 in finibus eius unum saltem *transposui*: unum saltem in finibus eius Fφv: fuere qui negant uidisse se *vel* negant uidisse se qui affuere *Pricaeus* ‖ 19 adgnomenta F, cognomenta φ, agnomenta v ‖ 20 sed et *Groslotius* | qud F ‖

audit, ob deorum contemptum, Mezentius. quapropter facile intellego, hasce ei tot initiorum enumerationes nugas uideri, et forsan ne ob hanc diuini contumaciam non inducat animum uerum esse (520) quod dixi, me sanctissime tot sacrorum signa et memoracula custodire. sed ego, quid de me Mezentius sentiat, manum non uorterim. ceteris autem clarissima uoce profiteor: si qui forte adest eorundem solemnium mihi particeps, signum dato, et audias licet quae ego adseruem. nam equidem nullo unquam periculo compellar, quae reticenda accepi, haec ad profanos enuntiare.

LVII Vt puto, Maxime, satis uideor cuiuis uel iniquissimo animum (521) explesse, et quod ad sudarium pertineat, omnem criminis maculam detersisse, ac bono iam periculo ad testimonium illud Crassi, quod post ista quasi grauissimum legerunt, a su||spitionibus Aemiliani transcensurus. testimonium ex libello legi audisti gumiae cuiusdam et desperati lurconis Iuni Crassi, me in eius domo nocturna sacra cum Appio Quintiano amico meo factitasse, qui ibi mercede deuersabatur. | idque se ait Crassus, quamquam eo tempore uel f.15b. Alexandreae fuerit, tamen taedae fumo et auium plumis comperisse. scilicet [eum] cum Alexandreae symposia obiret — est enim Crassus *is*, qui non inuitus de die in ganeas conrepat —, in illo cauponio (522) nidore pinnas de penatibus suis aduectas aucupatum, fumum domus suae agnouisse patrio culmine longe exortum. quem si oculis

1 Verg. Aen. VII 647: Primus init bellum Tyrrhenis asper ab oris | contemptor diuom Mezentius agminaque armat.

1 audit *ob* F *in rasura* | [iu] ezētiuſ F (*in margine a manu pr. scr.* mezen) || 2 intelligo Fφv || 2 *et* 3 fors fuat ne *Scaliger*, fors fuat ut *Casaubonus* || 3 diuini] deum *Salmasius* | ob hanc diuum contemnentiam *Colvius* | inducat in animum F, ind. tu animum φ, ind. animum V || 6 caeteris v || 7 audias Fφ, audiat V || 9 prophanos Fφv | enunciare v || 13 suspicionibus Fφv || 14 gumię φ || 15 Iunii v || 16 Quintiliano v | diuersabatur v || 17 quamquam v | in eo tempore V || 18 Alexandreę Fφ, Alexandriae v | a caede et fumo ς: e taedae fumo *Salmasius*, a cinere et fumo *Wowerus*, taedaceo fumo *Oudendorpius*, a taedae fumo *Hildebrandius* || 19 scire licet *Casaubonus* | eum *del. Iahnius* | Alexandreę Fφ, Alexandriae v || 20 is *Iahnius*: iste Fφv | correpat φv | cauponio *Scriverius*: cauponis Fφv: cauponae *vel* cauponii *Brantius* || 21 aucupantum F, aucupantem φ (*et Casaubonus*), aucupatum v || 22 adgnouisse F ||

uidit, ultra Vlixi uota et desideria hic quidem est oculatus. Vlixes fumum terra sua emergentem compluribus annis e litore prospectans frustra captauit; Crassus in paucis quibus afuit mensibus eundem fumum sine labore in taberna uinaria sedens conspexit. sin uero naribus nidorem domesticum praesensit, uincit idem sagacitate odorandi canes et uulturios. cui enim cani, cui uulturio Alexandrini caeli quicquam abusque Oeensium finibus oboleat? est quidem Crassus iste summus helluo et omnis fumi non imperitus, sed profecto pro studio bibendi, quo solo censetur, facilius ad
LVIII eum Alexandriam uini aura quam fumi peruenisset. intellexit hoc et (523)
ipse incredibile futurum. nam dicitur ante horam diei secundam ieiunus adhuc et abstemius testimonium istud uendidisse. igitur scripsit haec se ad hunc modum comperisse.

Postquam Alexandria reuenerit, domum suam recta contendisse, qua iam Quintianus migrarat: ibi in uestibulo multas auium pinnas offendisse: praeterea parietes fuligine deformatos: quaesisse causas ex seruo suo quem Oeae reliquerat, eumque sibi de meis et Quintiani nocturnis sacris indicasse. quam uero subtiliter compositum et uerisimiliter commentum, me, si quid eius facere uellem,
f. 117a. non domi meae potius facturum fuisse: Quintianum || istum qui mihi assistit, quem ego pro amicitia quae mihi cum eo artissima est proque eius egregia eruditione et perfectissima eloquentia honoris et laudis gratia nomino, hunc igitur Quintianum, | si quas auis in cena habuisset aut, quod aiunt, magiae causa interemisset, puerum nullum habuisse, qui pinnas conuerreret et foras abiceret! praeterea fumi tantam uim fuisse, ut parietes atros redderet, eamque deformitatem, quoad habitauit, passum in cubiculo suo Quin-

1 Hom. Od. α 58.

u
1 alixi F, Vlyxi v | Vlyxes v || 2 suę Fφ | mergentem v | littore v || 3 afuit F, affuit φ, abfuit v || 7 caeli v, coeli Fφ || 10 Alexandriam *Casaubonus*: Alexandria Fφv | aurea v | peruenisset F (*et Casaubonus*), perueniret φv || 11 horum F || 15 qua *uncis inclusit Scriverius* || 17 reliquerat Fφ (*et Casaubonus*), reliquaerit v || 18 sublimiter *Vulcanius* || 21 arctis-
rr (*corr. a m. tert.*)
sima φ || 22 *et* 23 laudis et honoris ς || 25 pennas φ | conuerteret φ | abiceret Fφ, abiiceret v ||

tianum! nihil dicis, Aemiliane? non est ueri simile, nisi forte Crassus non in cubiculum reuersus perrexit, sed suo more recta ad fo-
(524) cum. unde autem seruus Crassi suspicatus est, noctu potissimum parietes fumigatos? an ex fumi colore? uidelicet fumus nocturnus nigrior est eoque diurno fumo differt. cur autem suspicax seruus ac tam diligens passus est, Quintianum migrare prius quam mundam domum redderet? cur illae plumae quasi plumbeae [ac] tam diu ad aduentum Crassi manserunt? non insimulet Crassus seruum suum: ipse haec potius de fuligine et pinnis mentitus est, dum non potest nec in testimonio dando discedere longius a culina.

Cur autem testimonium ex libello legistis? Crassus ipse ubi gentium est? an Alexandriam taedio domus remeauit? an parietes suos detergit? an, quod uerius est, ex crapula helluo attemptatur? nam equidem hic Sabratae eum hesterna die animaduerti satis no- LVIIII
(525) tabiliter in medio foro tibi, Aemiliane, obructantem. quaere a no-
(526) menclatoribus tuis, Maxime, quamquam est ille cauponibus quam nomenclatoribus notior, tamen, inquam, interroga, an hic Iunium Crassum Oeensem uiderint? non negabunt. exhibeat nobis Aemilianus iuuenem honestissimum, cuius testimonio nititur. quid sit diei uides: dico Crassum iam dudum ebrium stertere, aut secundo lauacro ad repotia cenae obeunda uinulentum || sudorem in balneo desudare. *is tecum, M*axime, praesens per libellum loquitur, non

1 nichil φ | ueri..simile F || 2 *verba* non in *in* φ *supra scr. a manu rec.* || 3 aũ Fφ | potissimum] Pontiani *Goesius* || 4 fumigatus Fφ || 7 plumbeae ac Fφv: plumbariae *Hildebrandius.* ac *seclusi; latet fortasse aliud* | tan F || 8 ad *om.* Fφ, usque ad ς: *verba* ad aduentum Crassi *secludenda videntur* | insimul et F, in simul[i] et v: nonne simulet Crassus et seruus suus *Salmasius* (?) || 9 sed ipse ς | pennis φ || 12 *post* Alexandriam *Scriverius addidit* confestim || 13 eluco *vel* heluco *Brantius* | attemptatur Fφv: amentatur *Barthius* || 14 hic Sabratae eum *Salmasius*: hic fa|bratę cum Fφ, hic sabratę ∞ V: haec fabricantem *Lipsius*, hanc fabram technam *vel* haec fabra tecum fabricantem *Casaubonus*, haec sapra *Wowerus*, hunc fanaticum *Meursius*, hac hora tecum *Fulvius*, hunc saburratum *vel* haec saburrate eum *vel* saburrato ore *Heinsius advers. p.* 480, haec supra te eum *Scipio Gentilis* | externa φ | nauseabiliter *Colvius* || 15 obructa..[nt]em F | quaere a v, quęre an F *in rasura*, q̄re an φ || 17 notior] ... c|or F || 18 ex.[h]ibeat φ || 19 quod φ || 21 uinulentum FφV || 22 is tecum, Maxime *Putschius*: iste cum

quin adeo sit alienatus omni pudore, ut etiam, sub oculis tuis si foret, sine rubore ullo mentiretur, sed fortasse nec tantulum potuit | *bria* sibi temperare, ut hanc horam sobrie exspectaret: aut potius Aemilianus de consilio fecit, ne eum sub tam seueris oculis tuis constitueret, ne tu beluam illam uulsis maxillis foedo aspectu de facie improbares, cum animaduertisses caput iuuenis barba et capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum *restrictum*, saliuosa labia, uocem absonam, manuum tremorem, ructus *popinam*. patrimonium omne iam pridem abligurr*ii*t, nec quicquam ei de bonis paternis superest, nisi una domus ad calumniam uenditandam, quam tamen nunquam carius quam in hoc testimonio locauit. nam temulentum istud mendacium tribus milibus nummis Aemiliano huic uendidit, idque Oeae nemini ignoratur. (527) (528)

(f. 16a. at "tuit |")

LX Omnes hoc, antequam fieret, cognouimus, et potui denuntiatione impedire, nisi scirem mendacium tam stultum potius Aemiliano qui frustra redimebat, quam mihi qui merito contemnebam obfuturum. uolui et Aemilianum damno a*d*fici et Crassum testimonii sui dedecore prostitui. ceterum nudiustertius haudquaquam occult*o* res acta est in Rufini cuiusdam domo, de quo mox dicam, intercessoribus et deprecatoribus ipso Rufino et Calpurniano. quod eo

maxime Fφv: cum *del. Fulvius* | q non quin F ||
3 ebria Fφ, ebrius V: a bria *Hildebrandius*, bria *malim*; *cf. Charis.* I *p.* 83 *K. et Arnob.* VII 29 | temperare (*ras.*) F | sobriac v: sobrius *Bosscha* | expectaret v || 4 *et* 5 nec cum – constitueretur *Stewechius* || 5 baluam F, balu(e)am φ, biluam V || 6 de specie ς || 7 madentis Fφv: marcentes *Heinsius* | restrictum *add. Acidalius*: rictum ructu hians *Salmasius verbis quae in ς paullo post secuntur* ructus. nam (patrim.) *deletis*, apertum rictum *Gentilis*, rictum hiantem *Wowerus*, tetrum *vel* spurcum rictum *Hildebrandius*, rictum diductum *Iahnius* || 8 salibosa F | ructu spinam FφV: ructus popinam *Pricaeus coll. Cic. in Pison. or.* 6, 13 *et Claudian. Mamert. de stat. anim.* 2, 9, ructum de cupa *Gentilis coll. Cic, l. d.* 27, 67, ructus fetidos *Wowerus*, rictus spumam *Rutgersius*, ructus suspiria *Vossius*, ructus poenam *Lennepius coll. Plin.* XXIII 2, 59, ructus fremorem *Hildebrandius* || 9 abligurriit *scripsi*: abligurruit Fφ, abligurriuit V || 10 calumpniam φ || 12 num Fφ, nam v | nummûm *Casaubonus* || 14 denunciatione v: denuntiationem *Pricaeus* || 16 contempnebam φ || 17 adfici *scripsi*: damno affici et Cr. ς, damna id faciet Cr. F, dampa id faciet Cr. φ, damna id faci et Cr. V: damni id facere *Lindenbrogius*, damno id facere *Bosscha* || 18 occulto *Casaubonus*: occulta Fφv || 20 depreciatoribus *Brantius* | Ruphino φ ||

libentius Rufinus perfecit, quod erat certus ad uxorem suam, cuius stupra sciens dissimulat, non minimam partem praemii eius Crassum relaturum. uidi te quoque, Maxime, coitionem aduersum me et coniurationem eorum pro tua sapientia suspicatum, simul libellus ille prolatus est, totam rem uultu aspernantem. denique quam-
(529) quam sunt *in*solita audacia et importuna impudentia praediti, tamen testimoni*um* Crassi, cuius oboluisse faecem uidebant, nec ipsi ausi sunt perlegere nec quicquam eo niti. uerum ‖ ego ista propterea f. 117b.
commemoraui, non quod pinnarum formidines et fuliginis maculam te praesertim iudice timerem, sed ut ne impunitum foret Crasso, quod Aemiliano, homini rustico, fumum uendidit.

*I*nde etiam crimen ab illis, cum Pudentillae literas legerent, LXI
(530) de cuiusdam sigilli fabricatione pro|latum est, quod me aiunt ad magica maleficia occulta fabrica ligno exquisitissimo comparasse, et cum sit sceleti forma turpe et horribile, tamen impendio colere
(531) et Graeco uocabulo *βασιλέα* nuncupare. nisi fallor, ordine eorum uestigia persequar, et singillatim apprehendens omnem calumniae textum retexo.

Occulta fuisse fabricatio sigilli, quod dicitis, qui potest, cuius
(532) uos adeo artificem non ignorastis, ut ei, praesto ut adesset, denuntiaueritis? en adest Cornelius Saturninus artifex, uir inter suos et arte laudatus et moribus comprobatus, qui tibi, Maxime, paulo ante diligenter sciscitanti omnem ordinem gestae rei summa cum fide et ueritate percensuit: me, cum apud eum multas geometricas formas e *b*uxo uidissem subtiliter et adfabre factas, inuitatum eius artificio quaedam mechanica ut mihi elaborasset petisse, simul et aliquod simulacrum cuiuscunque uellet dei, cui ex more meo sup-

3 cohitionem φ ‖ 5 quanquam v ‖ 6 insolita *Iahnius*: solita FφV, soluta ς ‖ 7 testimonium *Colvius*: testimonio Fφv: testimonio Cr., quia eius obol. f. uid. *Bosscha* ‖ 9 m̄ memoraui F *in rasura a manu pr. scr.* ‖ 10 te *in* F *supra scr. a manu pr.* | foret crassum F, crassum foret φ, Crasso foret v ‖ 12 inde *Acidalius*: unde Fφv: unum *Salmasius* ‖ 15 sceleti *Casaubonus*: celeti Fφv: hebeti *Colvius*, colore et forma *Vulcanius* ‖ 16 BACIAϾAN FφV ‖ 17 appraehendens v | calumpnie φ ‖ 20 praesto ut adesset V, praesto | ădesset F (*in margine a manu pr. scr.* l. ŭt), presto adessem φ | denunciaueritis v ‖ 21 Saturnus *Seriverius* ‖ 25 e buxo *Erasmus*: euoxo FφV ‖ 26—27 elaborasset – sup-

plicassem, quacumque materia dummodo lignea exsculperet. igitur primo buxeam temptasse. interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui mihi factum uolebat, impetratos hebeni loculos a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse: ex illa potius materia rariore et durabiliore uti faceret adhortatum: id (533) munus cum primis mihi gratum fore: secundum ea se fecisse, proinde ut loculi suppetebant. ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine Mercuriolum expediri potuisse.

LXII Haec ut dico omnia audisti. praeterea a filio Capitolinae probissimo adulescente ‖ qui praesens est sciscitante te eadem dicta sunt: Pontianum loculos petisse, Pontianum Saturnino artifici detulisse. etiam illud non negatur, Pontianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse, postea mihi dono dedisse. his omnibus palam atque aperte probatis, quid omnino superest, in quo suspitio aliqua f. 16b. magiae delitescat? immo | quid omnino est, quod uos manifesti mendacii non reuincat? occulte fabricatum esse dixistis, quod Pontianus splendidissimus eques fieri curauit, quod Saturninus uir grauis et probe inter suos cognitus in taberna sua sedens propalam exsculpsit, quod ornatissima matrona munere suo adiuuit, quod et futurum et factum multi cum seruorum tum amicorum qui ad me uentitabant scierunt. lignum a me toto oppido et quidem oppido quaesitum non piguit uos commentiri, quem afuisse in eo tempore scitis, quem iussisse fieri qualicunque materia probatum est.

LXIII Tertium mendacium uestrum fuit, macilentam uel omnino

plicassem Fφv: elaboraret – supplicarem *vel* elaborassit – supplicassim *vel* elaborasseret – supplicasserem *Acidalius* | et] *malim* ut | cuiuscumque v ‖

1 quacunque v | exsculpere F, exculperet v ‖ 2 temptasse v, tentasse Fφ ‖ 3 impetratos v, impetratas F, impetratus φ ‖ 4 loculos] baculos *Scaliger* ‖ 5 materie φv ‖ 6 gratum mihi ς | secundum ea φ (*et Casaubonus*), ſeç đ mea F, secđm ea V, sed ea ς | proinde φ, pinde F, perinde v ‖ 7 loculi v, loculis Fφ | item F ‖ 10 adulescente FV, adulescente φ *in rasura* ‖ 13 et postea v ‖ 14 suspitio v, suspicio Fφ ‖ 16 esse sigillum ς | quod ς, quo FV, ẹọ qo (*man. sec.*) φ ‖ 18 tabernula ς ‖ 19 exculpsit Fφv ‖ 20 qui] qđ' φ ‖ 22 quem ς, quem quem FV, q'q' a a (*man. sec.*) φ | afuisse FV, affuisse φ ‖

euisceratam formam diri cadaueris fabricatam, prorsus horribilem (534) et larualem. quodsi compertum habebatis tam *e*uidens signum magiae, cur mihi ut exhiberem non denuntiastis? an ut possetis in rem absentem libere mentiri? cuius tamen falsi facultas opportunitate quadam meae consuetudinis uobis adempta est. nam morem mihi habeo, quoquo eam, simulacrum alicuius dei inter libellos conditum gestare, eique diebus festis ture et mero et aliquando uictimis supplicare. dudum ergo cum audirem sceletum perquam impudenti mendacio dictitari, iussi, curriculo iret aliquis et ex hospitio meo Mercuriolum afferret, quem mihi Saturninus iste Oeae fabricatus est. cedo, *ut* eum uideant, teneant, considerent. en uobis, quem scelestus ille sceletum nominabat. auditisne reclamationem omnium qui adsunt? auditisne mendacii uestri damnationem? non uos tot calumniarum tandem dispudet? hicine est sceletus, haecine est larua, || hocine est quod appellitabatis dae- f. 118a. monium? magicumne istud an solemne et commune simulacrum est? accipe quaeso, Maxime, et contemplare: bene tam puris et tam piis manibus tuis traditur res consecrata. en uide, quam facies eius decora et *suci palaestrici* plena sit, quam hilaris | dei uultus, ut decenter utrinque lanugo malis deserpat, ut in capite (535) crispatus capillus sub imo pillei umbraculo appareat, quam lepide super tempora pares pinnulae emineant, quam [autem] festiue circa humeros uestis substricta sit. hunc qui sceletum audet dicere, pro-

1 euisceratam] (*ras.*) nũſceracac~ F | diri ς, duri FφV || 2 laruilem FφV, larualem ς | tam euidens *Lipsius*: tam̃ uidens FV, an̄ uidens φ || 6 michi F || 7 thure φv || 8 uictimis Fφ, uictimas V: uictima *Hildebrandius* | audire F | sceletum F (*et Casaubonus*), scelestum φv || 9 mendatio v || 10 affe..et F (rr supra) || 11 cedo, ut *scripsi*: cedo tu Fφv: cedo mihi *Salmasius* | en v, em F, eni φ || 12 scelestus] sceletus V || 13 dampnationem φ || 14 calumpniarum φ | hiccine Fφv || 15 scelestus v | haeccine Fφ, hiccine v | hoccine Fφv || 16 .... (commune supra) φ || 17 bene *cum eis quae secuntur coniunxit Casaubonus* || 18 em FV, en φ || 19 suci palaestrici *Lindenbrogius*: suci palae‾.βſci F, (colorata (*m. sec.*) supra) sucipala e‾ rici (s supra) φ (*in margine a manu pr. scr.* sucipala), sucipala. riſi V | q (a supra) hylaris φ || 21 pillei FφV || 22 timpora V | aū F, autem φv: *deleuit Al. Riesius ante* nulla *p.* 74, 1 *putans inserendum esse* aut || 23 constricta ς | scelestum Fφv ||

f. 118a. f. 16b. Ed. Oudend.

fecto ille simulacra deorum nulla uid*i*t aut omnia neglegit: hunc denique qui laruam putat, ipse est laruans.

LXIIII At tibi, Aemiliane, pro isto mendacio du*i*t deus iste superum et inferum commeator utrorumque deorum malam gratiam semperque obuias species mortuorum, quidquid umbrarum est usquam, quidquid lemurum, quidquid manium, quidquid laruarum, oculis tuis oggerat omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta, a quibus tamen aeuo et merito haud longe abes. ceterum Platonica familia nihil noui- (536) mus nisi festum et laetum et solemne et superum et caeleste. quin altitudinis studio secta ista etiam caelo ipso sublimiora quaepiam uestigauit et in extimo mundi tergo ret*ex*it. scit me uera dicere Maximus, qui *τὸν ὑπερουράνιον τόπον ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νώτῳ* legit in Phaedro diligenter. idem Maximus optime intellegit, ut de nomine etiam uobis respondeam, quisnam sit ille non a me primo, sed a Platone *βασιλεὺς* nuncupatus [*περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ κἀκείνου ἕνεκα πάντα,* quisnam sit ille *βασιλεύς*]: totius rerum naturae causa et ratio [et origo] initialis, summus animi genitor, aeternus animantum sospitator, assiduus

13 Phaedr. p. 247 c.
16 Epist. II p. 312 (403): ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον ἁπάντων τῶν καλῶν.

1 uidit *Iahnius*: uidet Fφv | neglegit V, negligit Fφ ‖ 2 laruatus ς ‖ 3 duit *scripsi*: a̲ ut F (a *in rasura scr. a manu sec.*), det φ, duat v (*et Salmasius*), aut ς ‖ 4 infernorum φ ‖ 5–6 quicquid φv ‖ 6 larbarum F ‖ 8 sepulchrorum φv ‖ 9 abest Fφ, abes v | nichil Fφ ‖ 10 solempne φ | cęleste F ‖ 11 caelo v, coelo Fφ ‖ 12 uestigauit φv, uestiuit ga (*man. tert.*) F | estimo x (*man. tert.*) F, estimo φ, extimo v | te.go F | retexit *scripsi*: retit Fφ, repit V, degit ς: restitit *Spengelius l. d. p.* 31 ‖ 13 ΤΟΥΤЄΡΟVΡΑΝΙΟνΤΟΠΟΝЄΤΟΥΡΑ | ΗΟΥωΤŌ Fφ, ΤΟΥΤЄΡΟΥΡΑΝΙΟΝ ΤΟΠΟΝЄΤΟΥΡΑΝΟΥωΤŌ V ‖ 14 fedro Fφ | intelligit Fφv ‖ 16–18 *verba περὶ τὸν πάντων βασιλέα – πάντα* (*ἅπαντα?*), quisnam sit ille *βασιλεύς a Spengelio l. d. emendata uncis inclusi*: ΠЄΡΙΤ*ων παντον* ΒΑCΙΛЄΑ | ΠΑΝΤЄC ΚΑΙΚЄΙΝΟ ſene | ca *απαντ*Αquiſnam ſit ille baſileus Fφ, ΠЄΡΙΤωΝ ΠΑΝΤΟΝ ΒΑ CΙΛЄΑ ΠΑΝΤЄCΤΙΚΑΙΚЄΙΝΟ ſene*καπα*ΝΤ*α* quiſnam ſit ille baſileus V ‖ 18 et origo *om.* F: *del. Iahnius coll. mett.* IIII 30 ‖ 19 am̄antum φ ‖

mundi sui opifex, sed enim sine opera opifex, sine cura sospitator, sine propagatione genitor, neque loco neque tempore nec || ulla uice comprehensus eoque paucis cogitabilis, nemini effabilis.

(537) En ultro augeo magiae suspitionem: non respondeo tibi, Aemiliane, quem colam *βασιλέα*: quin si ipse proconsul interroget, quid sit deus meus, tacebo. LXV

| De nomine ut inpraesentiarum satis dixi. quod superest, nec ipse sum nescius quosdam circumstantium cupere audire, cur non argento uel auro, sed potissimum ex ligno simulacrum fieri uoluerim, idque eos arbitror non tam ignoscendi quam cognoscendi causa desiderare, ut hoc etiam scrupulo liberentur, cum uideant omnem suspitionem criminis abunde confutatam. audi igitur cui cura cognoscere est, sed animo quantum potes erecto et attento, quasi uerba ipsa Platonis iam senis de nouissimo legum libro auditurus: *θεοῖσι δὲ ἀναθήματα χρεὼν ἔμμετρα τὸν μέτριον ἄνδρα ἀνατιθέντα δωρεῖσθαι. γῆ μὲν οὖν ἑστία τε οἰκήσεως ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν· μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς.* hoc eo prohibet, ut delubra nemo audeat priuatim constituere. censet enim satis esse ciuibus ad immolandas uictimas templa publica. deinde subnectit: *χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν ἰδίᾳ τε καὶ ἐν ἱεροῖς ἐστιν ἐπίφθονον κτῆμα, ἐλέφας δὲ ἀπὸ λελοιπότος ψυχὴν σώματος* f. 17a.

15 Legg. p. 955e.
20 Legg. p. 956a.

2 nec ulla uice Fv, n͂q uice ulla φ: nec uoce ulla *Casaubonus* || 4 suspicionem Fφv || 5 BACÏΛΕΑ V | quid] qui *Iahnius* || 6 taceo φV || 7 ut] at *Groslotius* | impraesentiarum v || 9 simulachrum v || 11 uiderint ς || 12 suspicionem Fφv || 15–18 ΘΕΤΙCΙΝ dΕ αΝα | ΟΝΜΑΤΑΧΡωνΘΝμΕΡΑΤΑΙΝΜΕΤΡΙωΙ | ΝαΝdΡΑαΝΠΘΘΝΤΑdωΡΕΙCΘαΙγhμΕ | ΝΟ(ΝΕCΠΑΤεοΙΚhCΕωCΙΕ ΡΑΤνα^ΠαΝ|ΤΟ(ω)ΝΘΕωΝΜhdΕΙCΟVΝdΕΥtΕΡΟΟΙCΕΡΑΚΑΙ | ΘΙΟΡΟV ΤωΘΕΟVΙC· Fφ, ΘΕCΙCΙΝdΕ ΑΝΑΘhΜΑΤΑΧΡωΝΕΝμΕΡΑΤΑΙΝμΕ ΤΡΙΑΙΝ ΑΝdΡΑ ΑΝΠΘΕΝΤΑdω ΡΕΙCΘ ΑΙγhμΕΝ ΟCΝΕCΠΑΤΕΟΙΚh CΕωCΙΕΡΑΤ γαCΙ ΠΑΝΤωΝ ΘΕωΝ ΜhdΕΙC ΟΥΝ dΕΥΤΕΡΟCΙΕΡΑΚΑΘ ΙΕΡΟΥΤω ΘΕΟΥΙC:' V || 19 etenim v | esse *om.* ς || 20–*p.* 76, 3 ΧΡV CΤΟCdΕΚΑΙ ΑΠγΥΡΟC ΕΝΑΛΛΑΙCΠΟΛΕCΙΝΙdΙΑΤΕΚΑΙΕΝΙ ΕΡΟΙC ΕCΤΙΝ ΕΠΙΦΘΟΝΟΝΚΤhμΑΕΛΕΦΑCdΕΑΠΟΛΕΛΟΙΠΟΤΟCΨΥΧhΝ CωμΑΤΟC ΟΥΚ ΕΥΧΕΡΙ ΑΝΑΘΕΜΑCΙ ΔhΡΟC dΕ ΚΑΙ ΧΑΛΚΟCΠΟ

οὐκ εὐχερὲς ἀνάθημα, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς πολέμων ὄργανα· ξύλον δὲ μονόξυλον ὅ τι ἂν θέλῃ τις ἀνατιθέτω, καὶ λίθον ὡσαύτως. ut omnium assensus declarauit, Maxime quique in consilio estis, competentissime uideor usus Platone, ut uitae magistro, ita causae patrono, cuius legibus obedientem me uidetis.

LXVI Nunc tempus est ad epistulas Pudentillae praeuerti, uel adeo totius rei ordinem paulo altius petere, ut omnibus manifestissime (538) pateat, me quem lucri cupiditate inuasisse Pudentillae domum dictitant, si ullum lucrum cogitarem, fugere semper a domo ista debuisse, quin et in ceteris causis minime prosperum matrimonium et, nisi ipsa mulier tot incommoda uirtutibus suis repensaret, in*iq*uum.

Neque enim ulla alia causa praeter cassam inuidiam reperiri potest, quae iudicium istud mihi et multa antea pericula uitae conflauerit. ceterum cur Aemilianus commoueretur, etsi uere magum me comperisset, qui non modo ullo facto, sed ne tantulo quidem dicto meo laesus est, ut uideretur se merito ultum ire? neque

ΛΘΝωΝΟΡγΑΝΑξΥΛΟΥdΘμοξΥΛΟΝ ΟΤΙ ΑΝΘΘΛϦΤΙCΑΝΑΤΙΘΘΤΑ ΚΑΙΛΙΘΟΥωCΑΥΤωC:' V ‖ 21 *ἰδίᾳ δέ ς* | ΘΠΙΦΘΟΝΟΝ F ‖ 22 Cω ΜΑΤΟΧ F ‖

1 ΘΥΧΘΡΙ F: *εὐαγές codd. Plat.* | ΑΝΑΘΘΜΑ F ‖ 2 *ὅ τι om.* F | ΘΘΛϦ F, *ἐθέλῃ ς* ‖ 3 *post ὡσαύτως vulgo addunt verba Platonis: πρὸς τὰ κοινὰ ἱερά* | Maxime quique ς, maximeque qui Fφ, maximae qꝫ q̲ v ‖

Ego G. Crispus Sa |lustius emendaui Rome felix. |— Apulei Platonici Madaurnsis Prō sē aput Cl. Maximum Prōcōs. de ‖ (*fol.* 118*b*) Māgīa lib. I. explicit. Incipit lib. II. | Lege feliciter. F

ego Crispus Salustius emendaui Rome felix. Apulei Platonici Madaurensis pro se de arte magia liber primus explicit. Incipit liber secundus magie. | (*finis prioris columnae folii* 17*a*) φ

Apologiae oratio secunda v ‖

7 epistulas FV, epistolas φ ‖ 8 repetere *Iahnius* ‖ 11 causis] casibus *Colvius* ‖ 12 et *om.* φ | inunicum Fφ, in unicum V, inimicum ς: iniquum *vir d. in margine edit. Iunt. alt.* ‖ 14 repperiri FV ‖ 16 caeterum v | *post* cur *in* F *rasura* | me magum ς ‖ 18 lęsas F | uidetur re (*man. pr.*) F, uidet ar˜ (*man. sec.*) φ, uideretur v | se *om. Scriverius* ‖

autem gloriae causa me accusat, ut M. Antonius Cn. Carbonem, C. Mucius A. Albucium, P. Sulpicius *C.* Norbanum, *L.* Fu*f*ius *M'* Aquilium, C. Curio Q. Metellum. quippe *hi om*nes eruditissimi iu-
(589) uenes laudis gratia primum hoc rudimentum forensis operae subibant, ut aliquo insigni iudicio ciuibus suis noscerentur. qui mos incipientibus adulescentulis ad illustrandum ingenii florem apud antiquos concessus diu exoleuit: quod si nunc quoque frequens esset, tamen ab hoc procul afuisset. nam neque facundiae ostentatio rudi et indocto, neque gloriae cupido rustico et barbaro, neque inceptio patrociniorum capulari seni congruisset, nisi forte Aemilianus pro sua seueritate exemplum dedit et ipsis maleficiis infensus accusationem istam pro morum integritate suscepit. a*t* hoc ego Aemiliano, non huic Afro, sed illi Africano et Numantino et praeterea Censorio uix credidissem: ne huic frutici credam non modo odium peccatorum sed saltem intellectum inesse.

1 Cic. ad fam. VIIII 21, 3: tres illi fratres fuerunt, C. Cn. M. Carbones. Marcus P. Flacco accusante condemnatus, fur magnus, ex Sicilia. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus pl. seditiosus et P. Africano uim attulisse existimatus est. hoc uero, qui Lilybaei a Pompeio nostro est interfectus, improbior nemo meo iudicio fuit. iam pater eius accusatus a M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur. — Brut. 43, 159 (cf. de orat. III 20, 74; in Verr. III 1, 3): accusauit (Crassus) C. Carbonem, eloquentissimum hominem, admodum adulescens: summam ingenii non laudem modo, sed etiam admirationem est consecutus.
2 ibid. 26, 102: Mucius autem augur, quod pro se opus erat, ipse dicebat, ut de pecuniis repetundis contra T. Albucium. is oratorum in numero non fuit: iuris ciuilis intellegentia atque omni prudentiae genere praestitit. — de off. II 14, 49: etiam P. Sulpicii eloquentiam accusatio illustrauit, cum seditiosum et inutilem ciuem, C. Norbanum, in iudicium uocauit. — Brut. 62, 222 (cf. de off. II 14, 50): multum ab his aberat L. Fufius: tamen ex accusatione M' Aquili diligentiae fructum ceperat. — ibid. 89, 305.

1 *post* accusat *in* F *rasura* ‖ 2 Mutius Fφ, Mucius v | Albutium Fφv | C. Norbanum *scripsi*: Cn. Norbanum Fφv | L. Fufius *scripsi*: C. Furius Fφv | M' *Casaubonus*: M. Fφv ‖ 3 hi omnes *Bosscha*: homines Fφv ‖ 5 indicio *Meursius* ‖ 6 adolescentulis φv ‖ 8 amfuisset F, affuisset φ, abfuisset v ‖ 12 at *Acidalius*: ad FφV ‖

LXVII f. 17b. Quid igitur est? cuiuis clare di|lucet, aliam rem inuidia nullam esse quae hunc et Herennium Rufinum, impulsorem huius || [de quo mox dicam], ceterosque inimicos meos ad nectendas magiae calumnias prouocarit. quinque igitur res sunt, quas me oportet disputare. (540) nam si probe memini, quod ad Pudentillam attinet, haec obiecere:

Vna res est, quod nunquam eam uoluisse nubere post priorem maritum, sed meis carminibus coactam dixere: altera res est de epistulis eius, quam confessionem magiae putant: deinde sexagesimo anno aetatis ad lubidinem nupsisse, et quod in uilla ac non in oppido tabulae nuptiales sint consignatae, tertio et quarto loco obiecere. nouissima et eadem inuidiosissima criminatio de dote fuit; ibi omne uirus totis uiribus adnixi effudere, ibi maxime angebantur. atque ita dixere: me grandem dotem mox in principio coniunctionis nostrae mulieri amanti remotis arbitris in uilla extorsisse. quae omnia tam falsa, tam nihili, tam inania ostendam adeoque facile et sine ulla controuersia refutabo, ut medius fidius uerear, Maxime quique in consilio estis, ne demissum et subornatum a me accusatorem putetis, ut inuidiam meam reperta occasione palam restinguerem. mihi credite, quod reapse intellegetur: oppido quam mihi laborandum est, ne tam friuolam accusationem me potius callide excogitasse quam illos stulte suscepisse existimetis.

LXVIII Nunc dum ordinem rei breuiter persequor et efficio, ut ipse (541) Aemilianus re cognita falso se ad inuidiam meam inductum et longe a uero aberrasse necesse habeat confiteri: quaeso, uti adhuc fecistis

1 claß F, clari φV, clare ς: *fortasse* claritus *scribendum est*; *cf. Charis.* II *p.* 214, 4 *K.* | clarius die lucet *Iahnius* | aliam F *ex corr.* || 2 *verba* de quo mox dicam *seclusi*; *cf. p.* 70, 19 || 3 calumpnias φ || 4 igitur *delere vult Hildebrandius* | quo(*rasura*) as (*man. tert.*) F || 8 epistulis V, epistolis Fφ || 9 lubidinem FV, libidinem φ | nubsisse FV, nupsisse φ || 10 nubtiales V || 12 adnexi FφV, adnixi ς | effudere F, effundere φV | ibi] ubi *Iungermannus* || 13 mox in] exin *Colvius* || 14 *inter* mulieri *et* amanti *in* F *et* V *est lacuna* || 15 nichili Fφ || 17 emissum *Casaubonus*, submissum *Wowerus*, immissum *Lipsius*, ei missum *Stewechius* || 18 meam] mei *Pricaeus* || 19 credite] certe *Salmasius* | re ab se φv | intelligetur v, intelletur gere (*m. tert.*) F, intelilegetur φ || 22 officio Fφ, efficio v: *fort.* persequendo efficio || 23 recognito *Bosscha* || 24 errasse ab F | fecistis ς, feciros FφV ||

uel si quo magis etiam potestis, ipsum fontem et fundamentum iudicii huiusce diligentissime cognoscatis.

Aemilia Pudentilla, quae nunc mihi uxor est, ex quodam Sicinio Amico, quicum antea nupta fuerat, Pontianum et Pudentem filios genuit, eosque pupillos relictos in potestate paterni aui — nam superstite patre Amicus decesserat — | per annos ferme quattuordecim memorabili pietate sedulo aluit, non tamen libenter in ipso aetatis suae flore tam diu uidua. sed puerorum auus inuitam eam conci||liare studebat *i*terum filio suo Sicinio Claro eoque ceteros f. 119a.
procos absterrebat; et praeterea minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. quam condicionem cum obstinate propositam uideret mulier sapiens et egregie pia, ne quid filiis suis eo nomine incommodaret, facit quidem tabulas nuptiales cum quo iubebatur [cum Sicinio Claro]: uerum enimuero ua*riis* frustrationibus nuptias eludit *adeo*, dum puerorum auus fato concessit, relictis filiis eius heredibus: ita
(542) ut Pontianus, qui maior natu erat, fratri suo tutor esset. eo scru- LXVIIII
pulo liberata cum a principibus uiris in matrimonium peteretur, decreuit sibi diutius in uiduitate non permanendum: quippe ut solitudinis taedium perpeti posset, tamen aegritudinem corporis ferre non poterat. mulier sancte pudica, tot annis uiduitatis sine culpa, sine fabula, *de*suetudine coniugis torpens et diutino situ uiscerum saucia, uitiatis intimis uteri saepe ad extremum uitae discrimen doloribus obortis exanimabatur. medici cum obstetricibus

2 iudicii] inuidiae *Gruterus* ‖ 4 nubta FV ‖ 5 aui paterni φ ‖ 6 quatuordecim Fφ ‖ 9 iterum *Al. Riesius*: ceterum filios suos FφV, alteri filio suo ς ‖ 10 mirabatur [n (*man. sec.*)] F | nubsisset FV, nupsisse φ ‖ 11 nichil F ‖ 12 conditionem [ci (*man. tert.*)] F, conditionem φv ‖ 14 nubtiales V | iubebatur] uidebatur v | cum Sicinio Claro *seclusit Brantius* ‖ 15 uariis *Lipsius*: uanis Fφv ‖ adeo *scripsi*: eo ad Fφv: coad, *i. e.* quoad *vir d. in margine ed. Iunt. alt.* ‖ 16 concessisset *Pricaeus* ‖ 20 aegritudine V ‖ 21 sancte] sane *Vulcanius* ‖ 22 desuetudine (*vel* a solitudine coniugii) *Casaubonus*; *cf. Florid.* III 17: assuetudine φv, assuetudin. F (e *erasum*): absuetudine *Fulvius*, asuetudine *Acidalius*, dissuetudine *Brantius* ‖ 23 uteri] ua φ | extremum v, extrem. [u] m F, extremam φ ‖

consentiebant, penuria matrimonii morbum quaesitum, malum in dies augeri, aegritudinem ingrauescere: dum aetatis aliquid supersit, nuptiis ualetudinem medicandum. consilium istud cum alii approbabant, tum maxime Aemilianus iste, qui paulo prius confidentissimo mendacio adseuerabat, nunquam de nuptiis Pudentillam cogitasse, priusquam foret magicis maleficiis a me coacta: me solum repertum, qui uiduitatis eius uelut quandam uirginitatem carminibus et uenenis uiolarem. saepe audiui non de nihilo dici, mendacem memorem esse oportere. at tibi, Aemiliane, non uenit in mentem, priusquam ego Oeam uenirem, te literas etiam uti nu- (543)
f. 18a. beret scripsisse ad | filium eius Pontianum, qui tum adultus Romae agebat? cedo tu epistulam uel potius da ipsi: legat, sua sibi uoce suisque uerbis sese reuincat.

Estne haec tua epistula? quid palluisti? nam erubescere tu quidem non potes. estne tua ista subscriptio? reci||ta quaeso clarius, ut omnes intellegant, quantum lingua eius manu discrepet, quantumque minor illi sit mecum quam secum dissensio.

LXX Scripsistine haec, Aemiliane, quae lecta sunt? 'nubere illam uelle et debere scio, sed quem eligat nescio.' recte tu quidem: nesciebas. Pudentilla enim tibi, cuius infestam malignitatem probe norat, de ipsa re tantum, ceterum de petitore nihil fatebatur. at tu dum eam putas etiamnum Claro fratri tuo denupturam, falsa spe inductus filio quoque eius Pontiano auctor assentiendi fuisti. igitur si Claro nupsisset, homini rusticano et decrepito seni, sponte eam diceres sine ulla magia iam olim nupturisse: quoniam iuuenem

3 nubtiis F | ualetudinem F, ualitudinem φv | *fortasse* medicandam || 4 approbabant ς, approbant Fv, approbarent φ: approbarunt *Iungermannus* || 5 numquam F | nubtiis FV || 7 uiduitatis eius FφV, uiduitatem eius ς, uiduitatis florem continentiam eius *unus codex deterioris notae*: uiduitatis florem eius *Ősscha*, uiduitatis sanctitatem eius *Hildebrandius* || 8 nichilo Fφ || 9 esse *om.* v || 10 litteras v || 11 scribsisse V || 12 agebat ς, aiebat Fφv | epistolam Fφv || 14 epistola Fφv || 15 subscribtio V || 16 intellegant V, intelligant Fφ || 17 quantoque *Pricaeus* | illis F | dissentio φ || 21 caeterum v | nichil Fφ || 22 etiam nunc v | denubturam FφV || 23 autor v || 24 nubsisset F || 25 nubturisse FφV ||

talem qualem dicitis elegit, coactam fecisse ais, ceterum semper nuptias aspernatam. nescisti, improbe, epistulam tuam de ista re teneri, nescisti, te tuomet testimonio conuictum iri. quam tamen epistulam Pudentilla testem et indicem tuae uoluntatis, ut quae te leuem et mutabilem nec minus mendacem et inpudentem sciret, maluit retinere quam mittere. ceterum ipsa de ea re Pontiano suo Romam scripsit, etiam causas consilii sui plene allegauit. dixit illa omnia de ualetudine: nihil praeterea esse, cur amplius deberet obdurare, hereditatem auitam longa uiduitate cum despectu salutis suae quaesisse, eandem summa industria auxisse: iam deum uoluntate ipsum uxori, fratrem eius uirili togae idoneos esse: tandem aliquando se quoque paterentur solitudini suae et aegritudini subuenire: ceterum de pietate sua et supremo iudicio nihil metuerent: qualis uidua eis fuerit, talem nuptam futuram. recitari iubebo exemplum epistulae huius ad filium missae.

Satis puto ex istis posse cuiuis liquere, Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam, sed olim sua sponte a nubendo non alienam me fortasse prae ceteris maluisse. quae electio tam grauis feminae cur mihi crimini potius quam honori danda sit, non reperio: nisi tamen miror, || quod Aemilianus et Rufinus id iudicium mulieris aegre ferant, cum hi, qui Pudentillam in matrimonium petiuerunt, aequo animo patiantur me sibi praelatum. quod quidem illa ut faceret, filio suo potius quam animo obsecuta est. ita factum nec Aemilianus poterit negare. nam Pontianus acceptis literis matris confestim Roma aduolauit metuens, ne, si

LXXI (in the right margin, beside "Satis puto ex istis posse cuiuis liquere, Pudentillam non meis")
(544) (in the left margin, beside "a nubendo non alienam me fortasse prae ceteris maluisse. quae")
f. 119b. (in the right margin, beside "danda sit, non reperio: nisi tamen miror, || quod Aemilianus et")

1 coactum FφV, coactam ς: *fortasse* coactu eam | caeterum v || 2 nubtias FV | epistolam Fφv || 3 conuinctum ς || 4 epistolam Fφv || 5 impudentem φv | sciret v, scire a (*man. sec.*) F, scire φ || 6 caeterum v | filio suo ς || 7 scribsit V || 8 ualetudine i (*man. tert.*) F, ualetudine φ, ualitudine v | nichil Fφ || 11 ydoneos φ || 12 solitudinis φ || 13 caeterum v | supraemo v | nichil Fφ || 15 epistolae Fφv || 16 histis F || 17 conuulsam *Gruter. susp. ined.* XXIII 2 || 18 alienam me φ, alienam quam me FV: alienam, quidni? me *Bosscha* | caeteris v || 19 foeminae v || 20 nisi] non nihil ς || 21 hi F, hii φ, ii v || 25 litteris v | Roma *Stewechius*: Romam Fφv: Roma Oeam *Casaubonus* ||

quem auarum uirum nacta esset, omnia, ut saepe fit, in mariti domum conferret. ea sollicitudo non mediocriter animum angebat: omnes illi fratrique diuitiarum spes in facultatibus matris sitae erant. auus modicum reliquerat, mater HS. quadragiens possidebat: ex quo sane aliquantam pecuniam nullis tabulis, sed, ut aequum erat, mera fide acceptam filiis debebat. hunc ille timorem mussitabat: aduersari propalam non audebat, ne uideretur diffidere.

LXXII Cum in hoc statu res esset inter procationem matris et metum filii, fortene an fato ego aduenio pergens Alexandream. dixissem hercule: quod utinam nunquam euenisset, ni me uxoris meae respectus prohiberet. hiems anni erat. ego ex fatigatione itineris ad*f*ectus apud Appios istos amicos meos, quos honoris et amoris gratia nomino, aliquam multis diebus decumbo. eo uenit ad me Pontianus; nam fuerat mihi non ita pridem [ante multos annos] (546) Athenis per quosdam communis amicos conciliatus et arto postea contubernio intime iunctus. facit omnia circa honorem meum obseruanter, circa salutem sollicite, circa amorem callide: quippe etenim uidebatur sibi peridoneum maritum matri repperisse, cui
f. 18b. bono periculo totam | domus fortunam concrederet. ac primo quidem uoluntatem meam uerbis inuersis periclitabundus, quoniam me uiae cupidum et conuersum ab uxoria re uidebat, orat, saltem paulisper manerem: uelle se mecum proficisci: hiemem alteram propter Syrtis aestus et bestias opperiendam, quod illam mihi infirmitas exemisset. multis etiam precibus meis *ab* Appiis aufert, ut || ad sese in domum matris suae transferar: salubriorem mihi

(545) [margin, beside "Cum in hoc statu … et me-"]

3 fratri[que (*man. tert.*)] F || 4 modicum] modum *Pricaeus* | reliquera.t F (*n erasum*) | sestertium Fφ, sestercium v || 5 ę̃ quum F *et in margine scr. a manu pr.* aecu', aequum V *et in margine scr.* ąrum || 7 auersari Fφ || 8 procationem *Casaubonus*: precationem Fφv || 9 fili V | ego] Oeam *Pricaeus* || 11 adspectus ς | hiemps Fφ, hyemys V || 12 affectus *Scaliger*: aduectus Fφv | Appios istos *scripsi*: appiositos FφV: Appios scitos *Oudendorpius* | ueteres *ante* amicos *add.* ς || 14 pridem *del. Casaubonus* | *verba* ante multos annos *seclusi* || 15 arcto φ || 17 salutum [e (*man. tert.*)] F | calide *Schickeradus* || 18 repperisse Fv, reperisse φ || 21 cupidu'(*ras.*) F | auersum *Casaubonus* || 22 hyemem v || 23 et bestias] infestos *Scaliger* | operiendam v | illam v, illa Fφ || 24 ab *add. Hildebrandius*: me ab amicis meis Appiis ς || 25 transferat ς | mihi habitationem *om. Scriverius* ||

(547) habitationem futuram: praeterea prospectu maris — qui mihi gratissimus est — liberius me ex ea fruiturum.

Haec omnia adnixus impenso studio persuadet, matrem suam suumque fratrem, puerum istum, mihi commendat. non nihil a me in communibus studiis adiuuantur: augetur oppido familiaritas. interibi reualesco: dissero aliquid postulantibus amicis publice: omnes qui aderant ingenti celebritate basilicam, qui locus auditorii erat, complentes inter alia pleraque congruentissima uoce 'insigniter' adclamant petentes, ut remanerem fieremque ciuis Oeensium. mox auditorio misso Pontianus eo principio me adortus consensum publicae uocis pro diuino auspicio interpretatur aperitque, consilium sibi esse, si ego non nolim, matrem suam cui plurimi inhient mecum coniungere — (mihi [quoniam] soli ait rerum omnium con- (548) fidere sese et credere) —, ni id onus recipiam, quoniam non formosa pupilla sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. sin haec reputans formae et diuitiarum gratia me ad aliam condicionem reseruarem, neque pro amico neque pro philosopho facturum. nimis multa oratio est, si uelim memorare, quae ego contra responderim, quam diu et quotiens inter nos uerbigeratum sit, quot (549) et qualibus precibus me adgressus haud prius omiserit quam denique impetrarit, non quin ego Pudentillam iam anno perpeti adsiduo LXXIII

1 prospectu Fφv, prospectum ς | matris ς ‖ 2 liberius me ex ea fruiturum] uberius me reualesciturum *Brantius* ‖ 3 et matrem ς ‖ 4 nichil Fφ ‖ 5 adiuuantur Fφv: adiuuatur *Salmasius* ‖ 6 publice p (*man. tert.*) F, pnplice φ, publice v ‖ 7 *et* 8 *verba* qui locus auditorii erat *seclusit Scriverius* ‖ 9 fierem v ‖ 11 publice p (*man. tert.*) F, puplice φ, publicae v ‖ 13 quoniam *seclusi*; *cf. Plaut. Asin.* II 4, 53; *verba* mihi soli ait – credere *traicienda sunt post* interpretatur: quoniam mihi soli, ait, rerum omnium curam crederet, confidere sese fore ut id onus recipiam *Casaubonus*, quoniam mihi soli rerum omnium accrederet, confidere sese ait ut id on. r. *Gentilis*, aperitque consilium sibi esse (quoniam mihi soli rerum omnium accrediderat *vel* curam crediderat *vel* summam crediderat) matrem — coniungere: confidere sese fore ut id on. r. *Pricaeus* ‖ 14 nud (ut) id F, ut id φ, ni id V, ut ς (id *omisso*) ‖ 15 pupula *vir d.* ‖ 16 sin *Casaubonus*: si Fφv | refutans *Pricaeus* | et Fφ, aut v | alia v ‖ 20 qualibus] quibus *Salmasius* | aggressus φ | quam denique ς, quam deque (deoque) F, quandoque φ, q deq; V ‖ 21 perpetim ς | assiduo φ ‖

conuictu probe | spectassem et uirtutum eius dotes explorassem, sed utpote peregrinationis cupiens impedimentum matrimonii aliquantisper recusaueram. mox tamen talem feminam nihilo segnius uolui, quam si ultro appetissem. persuaserat idem Pontianus matri suae, ut me aliis omnibus mallet, et quam primum hoc perficere incredibili studio auebat. uix ab eo tantulam moram impetramus, dum prius ipse uxorem duceret, frater eius uirilis togae usum auspicaretur: tunc deinde ut nos coniungeremur.

LXXIIII f. 120a. Vtinam hercule possem quae deinde dicenda sunt || sine maximo causae dispendio transgredi! ne Pontiano, cui errorem suum deprecanti simpliciter ignoui, uidear nunc leuitatem exprobrare. confiteor enim, quod mihi obiectum est, eum, postquam uxorem duxerit, a compecti fide desciuisse ac derepente animi mutatum, quod antea nimio studio festinarat, pari pertinacia prohibitum isse, denique ne matrimonium nostrum coalesceret, quiduis pati, quid- (550) uis facere paratum fuisse, quamquam omnis illa tum foeda animi mutatio et suscepta contra matrem simultas non ipsi uitio uortenda sit, sed socero eius eccilli Herennio Rufino, qui unum neminem in terris uiliorem se aut improbiorem aut inquinatiorem reliquit. paucis hominem, quam modestissime potero, necessario demonstrabo, *ne*, si omnino de eo reticuero, operam perdiderit, quod negotium istud mihi ex summis uiribus conflauit.

Hic est enim pueruli huius instigator, hic accusationis auctor, hic aduocatorum conductor, hic testium coemptor, hic totius calumniae fornacula, hic Aemiliani huius fax et flagellum, id*em*que apud omnis intemperantissime gloriatur, me suo machinatu reum

1 probpf. φ | uirtutium V || 3 foeminam v | nichilo Fφ | sequius *Salmasius* || 5 haec v || 8 deinde] *malim* demum || 10 herrorem Fφ || 11 exprobare v || 13 a] ∵ d F *in margine* | compecti *Hildebrandius*: conspecti Fφ, cdnspecti V: concepta *Scaliger*, compecta *Colvius*, conspecta *Pricaeus*, confessa *Bosscha* || 15 ne *om.* ς | nostrum ne coalesceret φ || 16 quamuis v | animi foeda ς || 17 uortenda Fv, utenda er (*man. sec.*) φ || 18 uno neminem — uiliorem se aut impr. *Scaliger* || 19 reliquid F || 20 perpaucis ς || 21 ne si *Casaubonus*: nisi FφV: nam si *Lindenbrogius* || 22 michi F || 23 enim est ς || 24 redemptor *Lipsius* | calumpnie φ || 25 flabellum *Wowerus* | idemque *scripsi*: idque e (*man. tert.*) Fφv || 26 intemporantissime F ||

postulatum. et sane habet in istis, | quod sibi plaudat. est enim f. 19a. omnium litium depector, omnium falsorum commentor, omnium simulationum architectus, omnium malorum seminarium, nec non
(551) idem libidinum ganearumque *lutum*, lustrum, lupanar, iam inde ab ineunte aeuo cunctis probris palam notus, olim in pueritia, priusquam isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus, mox in iuuentute saltandis fabulis exossis plane et eneruis, sed, ut audio, indocta et rudi mollitia. negatur enim quicquam histrionis habuisse praeter impudicitiam. in hac etiam LXXV
aetate qua nunc est — qui istum *di* perduint! multus honos auri-
(552) bus praefandus est —: domus eius tota lenonia, tota familia contaminata, ipse propudiosus, uxor lupa, filii similes prorsus: diebus ac noctibus ludibrio iuuentutis || ianua calcibus propulsata, fenestrae canticis circumstrepitae, triclinium comissatoribus inquietum, cubiculum adulteris peruium; neque enim ulli ad introeundum metus est, nisi qui pretium marito non attulit. ita ei lecti sui contumelia
(553) uectigalis est. olim sollers suo, nunc coniugis corpore uulgo meret. cum ipso plerique, nec mentior, cum ipso, inquam, de uxoris noctibus paciscuntur. hinc iam [inquam] illa inter uirum et uxorem nota conlusio: qui amplam stipem mulieri detulerunt, nemo eos obseruat, suo arbitratu discedunt: qui inaniores uenere, signo dato pro adulteris deprehenduntur, et quasi ad discendum uenerint, non prius abeunt quam aliquid scripserint. quid enim faciat homo

1 histis F || 2 commentor *Oudendorpius*: commentator Fφv || 4 lutum *scripsi coll. Catull.* XXXXII 13 (*fort.* lutus; *cf. Non. pag.* 144, 17 *R.*): locus Fφv: lucus *Casaubonus*, lacus *Brantius*, loculus *Vulcanius* || 7 exonis (exossis) F, exonis (ss) φ, exonis V: exossi plane et enerui *Acidalius* || 10 di perduint *Schottus nod. Cicer.* IIII 12, *p.* 382: deperduint FV, deperdunt φ: depereunt *Colvius*, depsuint *Salmasius*, perdepsuint *Gentilis*, depsuerint *Brantius* | multus FφV, multi (*vel* multa) sunt ς || 11 praefundus Fφ, praefandus v || 12 prorsus] prostantes *vir d. in marg. edit. Iunt. alt.* || 14 comesatoribus φ || 16 precium v || 17 solers Fφ, sollers v: solens *Lipsius* || 19 hinc ς, ii F *et in marg. scr. a manu tert.* hic, hc (h (*man. sec.*)) φ, hic V | inquam *seclusi*: *om.* v, *in* F inq. *supra scr. a manu tert.*, inquam φ: mimica *Gronovius* || 20 nota collusio ς, non tam conlusio Fφ, nonta collusio V || 21 ascendunt v: abscedunt *Salmasius* | inamores v || 22 deprachenduntur v | et quasi v, et qui quasi F (qui *supra scr. a manu tert.*), et q φ ||

miser ampliuscula fortuna deuolutus, quam tamen fraude patris ex inopinato inuenerat? pater eius plurimis creditoribus defoenera- (551) ratus maluit pecuniam quam pudorem. nam cum undique uersum tabulis flagitaretur et quasi insanus ab omnibus obuiis teneretur: pax, inquit: negat posse dissoluere, anulos aureos et omnia insignia | dignitatis abicit, cum creditoribus depaciscitur. pleraque (555) tamen rei familiaris in nomen uxoris callidissima fraude confert: ipse egens, nudus, at ignominia sua tectus reliquit Rufino huic, non mentior, HS. xxx deuorandum. tantum enim ad eum de bonis matris liberum uenit, praeter quod ei uxor sua quotidianis dotibus quaesiuit. quae tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in uentrem condidit et omnimodis conlurcinationibus dilapidauit, ut crederes metuere, ne quid habere ex fraude paterna diceretur: homo iustus *scilicet* morum dedit operam, quod male partum erat ut male periret, nec quicquam ei relictum est ex lar- (556) giore fortuna praeter ambitionem miseram et profundam gulam. (557)

LXXVI Ceterum uxor iam propemodum uetula et effeta nunc demum contumeliis abnuit. filia autem per adulescentulos ditiores inuitamento matris suae nequicquam circum||lata, (f.120b.) quibusdam etiam procis ad experiundum permissa, nisi in facilitatem Pontiani incidisset, fortasse an adhuc uidua ante quam nupta domi sedisset. Pontianus ei multum quidem dehortantibus nobis nuptiarum titulum falsum (558) et imaginarium donauit, non nescius eam paulo ante quam duceret, a quodam honestissimo iuuene cui prius pacta fuerat post satieta-

2 defeneratus v ‖ 3 maluit retinere pec. ς ‖ 5 pax F (*idemque Lipsius coniecerat*), f ax φ, flax v: lex *Gentilis*, res *Casaubonus* (*vel* flagitantibus negat) | posse se dissoluere *Scriverius* | anulos Fφ ‖ 6 abiicit ς | depasciscitur v ‖ 8 at Fφ, et v: sed *Bosscha* | tectus] tutus V | reliquid F ‖ 9 sestertium FV, sextertium φ | xxx FV, triginta φ: tricies *Colvius* | de F, ex φV ‖ 10 cotidianis φV ‖ 12 collurcinationibus F, conlurchinationibus V | delapidauit v ‖ 14 scilicet morum *Acidalius*: et morum Fφv: ex more *Stewechius*, et m. integer *Colvius*, et uerus *Casaubonus*, et m. haud spernendus *Gentilis*, et m. ueterum *Scriverius*, et m. maiorum *Gruter. suspic. ined.* XXIII 6 ‖ 17 caeterum v | effecta Fφ, effeta v | nunc demum *Casaubonus*: nunc domum Fφ, totam domum v: iam demum *Floridus*, tota iam demum *Bosscha*, tota demum *Hildebrandius* ‖ 18 abnuit Fφv: obuoluit *Colvius*, obnubit *Casaubonus*, obruit *Acidalius*, absoluit *Brantius* ‖ 21 nubta F ‖ 22 deortantibus φ ‖

tem derelictam. uenit igitur ad eum noua nupta secura et intre-
pida, pudore dispoliato, flore exoleto, flammeo obsoleto, uirgo rur-
sum post recens repudium nomen potius adferens puellae quam
integritatem. uectabatur octaphoro. uidistis profecto qui adfuistis,
quam improba iuuenum circumspectatrix, quam immodica sui
ostentatrix. quis non disciplinam matris agnouit, cum in puella
uideret immedicatum os et purpurissatas genas et inlices oculos?
(559) dos erat a creditore omnis ad teruncium pridie sumpta et qui-
dem | grandior, quam domus exhausta et plena liberis postulabat. f. 19b.
Sed enim iste, ut est rei modicus, spei immodicus, pari aua- LXXVII
ritia et egestate totum Pudentillae quadragiens praesumptione cassa
deuorarat, eoque me amoliendum ratus, quo facilius Pontiani faci-
litatem, Pudentillae solitudinem circumueniret, infit generum suum
obiurgare, quod matrem suam mihi desponderat: suadet, quam
primum ex tanto periculo, dum licet, pedem referat, res matris
ipse potius habeat, quam homini extrario sciens transmittat: ni ita
faciat, inicit scrupulum amanti adulescentulo ueterator, minatur se
filiam abducturum. quid multis? iuuenem simplicem, praeterea
nouae nuptae inlecebris obfrenatum suo arbitratu de uia deflectit.
it ille ad matrem uerborum Rufini gerulus, sed nequicquam temp-
tata eius grauitate, ultro ipse leuitatis et inconstantiae increpitus
repor||tat ad socerum haud mollia: matri suae praeter ingenium
placidissimum immobili iram quoque sua expostulatione acces-
sisse, non mediocre pertinaciae adiumentum: respondisse eam de-
nique, non clam se esse, Rufini ex oratione secum expostulari; eo

1 derelicta (a3 (man. tert.)) F || 3 adferens FV, afferens φ, asserens ς || 4 adfuistis FV, affuistis φ || 7 imedicatum F, medicatum φ, immeditatum V, immedicatum ς | inlices] illitos *Pricaeus* || 8 teruuntium v | pridiae v || 9 exausta v || 10 auaricia v || 11 Pudentille (ras.) F | quadragiens F, quadragies (ras.) φ, quadrigiens V || 13 circumueniret F, circunueniret v || 15 referat ς, seferat FφV | rem V || 16 ita *del. Bosscha* || 17 *post* faciat *in* F *rasura* | iniicit F, inicit φV || 18 abducturam Fφ || 19 illecebris φ || 20 nequidquam φ || 21 ultra *Pricaeus* || 23 immobili *Iahnius*: immobile FφV, et immobile ς || 24 aiumentum F, adiumentum φ, alumentum V, alimentum ς: argumentum *Fulvius* || 25 exhortatione ς ||

uel magis sibi auxilium mariti aduersum eius desperatam auaritiam
comparandum.

LXXVIII Hisce auditis exacerbatus aquariolus iste uxoris suae ita ira
extumuit, ita exarsit furore, ut in feminam sanctissimam et pudi-
cissimam praesente filio eius digna cubiculo suo diceret, amatricem (560)
eam, me magum et ueneficum clamitaret multis audientibus, quos,
si uoles, nominabo: se mihi sua manu mortem allaturum. uix her-
cule possum irae moderari: ingens indignatio animo oboritur.
tune, effeminatissime, tua manu cuiquam uiro mortem minitaris?
at qua tandem manu? Philomelae an Medeae an Clytemestrae?
quas tamen *cum saltas* — tanta mollitia animi, | tanta formido ferri
est —, sine cludine saltas. sed ne longius ab ordine digrediar:
Pudentilla postquam filium uidit praeter opinionem [contra suam]
esse [sententiam] deprauatum, rus profecta scripsit ad eum obiur-
gandi gratia illas famosissimas literas, quibus, ut isti aiebant, con-
fessa est, sese mea magia in amorem inductam dementire: quas (561)
tamen literas *e* tabulario, Pontiano praesente et contra scribente
Aemiliano, nudius tertius tuo iussu, Maxime, testato descripsimus,
in quibus omnia contra praedicationem istorum pro me reperiun-
LXXVIIII tur. quamquam, etsi districtius magum me dixisset, posset uideri
excusabunda, se filio uim meam quam uoluntatem suam causari
maluisse. an sola Phaedra falsum epistolium de amore commenta
est? at non omnibus mulieribus haec ars usitata est, ut, cum ali-
quid eius modi uelle coeperunt, malint coactae uideri? quod si
etiam animo ita putauit [me magum esse], idcircone magus habear,

1 sibi *om.* φ ‖ 4 foeminam v | et pudicissimam *om.* φ ‖ 7 michi F | mort(*ras.*) φ | illaturam *Casaubonus* ‖ 9 tene — minitari *Hildebrandius* | effoeminatissime v ‖ 10 Clitemnestre FφV (*post literam* i *in* F *rasura*) ‖ 11 cum saltas *Lipsius*: consultas Fφv | mollicia v | animi] aĩ v ‖ 12 cludine Fφv: clunaclo *Casaubonus*, ludione *Colvius* ‖ 13 uidit *scripsi*: uidet Fφv ‖ 13 *et* 14 *verba* contra suam sententiam *uncis inclusi* ‖ 15 famosissimas F, formosissimas φ, famosissimas v | litteras Fφ, lr̃as v ‖ 17 e *add. Casaubonus* | Pontiani v: publico *Casaubonus* | conscribente *Vrsinus* ‖ 18 describsimus F ‖ 20 destrictius V | me *om.* φ ‖ 21 excusabunda se filio ς, excusabundus efilio F, excusabundus et filio φ, excusabundus e filio V ‖ 22 Phoedra v ‖ 23 at FφV, an ς ‖ 25 animo] omnino *Acidalius* | *verba* me magum esse *seclusi* | iccircone v ‖
formosissimas (*m. tert.*)

quia hoc scripsit Pudentilla? uos tot argumentis, || tot testibus, f. 121a. tanta operatione magum me non probatis: illa uno uerbo probaret? et quanto tamen grauius habendum est, quod in iudicio subscribitur, quam quod in epistula scribitur? quin tu me meismet factis, non alienis uerbis reuincis? ceterum eadem uia multi rei cuiusuis maleficii postulabuntur, si ratum futurum est, quod quisque in epistula sua uel amore uel odio cuiuspiam scripserit. 'magum te scripsit Pudentilla: igitur magus es.' quid, si consulem
(562) me scripsisset: consul essem? quid enim, si pictorem, si medicum, quid denique, si innocentem? num aliquid horum putares idcirco, quod illa dixisset? nihil scilicet. atqui periniurium est ei fidem in peioribus habere, cui in melioribus non haberes, posse literas eius ad perniciem, non posse ad salutem. 'sed inquies animi fuit, efflictim te amabat.' concedo interim. num tamen omnes qui amantur magi sunt, si hoc forte qui amat scripserit? credo nunc, quod Pudentilla me in eo tempore non amabat, siquidem id foras scripsit, | quod palam erat mihi obfuturum. f. 20a.

Postremo, quid uis? sanam an insanam fuisse, dum scriberet? LXXX sanam dices? nihil ergo erat magicis artibus passa. insanam respondebis? nesciit ergo quid scripserit, eoque ei fides non habenda est: immo etiamsi fuisset insana, insanam se esse nescisset. nam ut absurde facit qui tacere se dicit, quod ibidem dicendo tacere sese non tacet et ipsa professione quod profitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat: 'ego insanio.' quod uerum non est, nisi *in*sciens dicit: porro sanus est, qui scit quid sit insania. quippe insania scire se non potest, non magis quam caecitas se uidere. igitur Pudentilla compos mentis fuit, si compotem mentis se non putabat.

2 operatione *scripsi*: oratione Fφ, orōne v || 3 tamen *Iahnius*: tandem Fφv || 4 epistola Fφv | tu me meismet V, φ *ex corr.*, tum e meismet F || 5 caeterum v || 7 epistola Fφv | *malim* suo || 10 aliquod v | h. uerum putares *Iahnius* || 11 iccirco v | nichil Fφ || 12 *verba* habere, cui in melioribus *desunt in* FφV, *extant in* ς || 13 litteras v | inquies *Hildebrandius*: inquid FV, inquit φ *ex corr.* || 14 efflictum φ || 15 credo *Salmasius*: cedo Fφv || 16 foras FφV, foris ς: fors *Lipsius*, forte suis *Acidalius* || 18 *ante* dum *in* F *rasura* || 19 nichil Fφ || 20 nisciit F, nisciit V | scribserit FV || 21 esse se φ || 22 idem *Scaliger* || 24 insciens *scripsi*: sciens Fφv || 27 non] n̄ F ||

possum, si uelim, pluribus, sed mitto dialectica. ipsas literas longe aliud clamantis et quasi dedita opera ad iudicium istud praeparatas et accommodatas recitabo. accipe tu et lege, usque dum ego inter- (563) loquar.

Sustine paulisper quae sequuntur: nam ad diuerticulum rei uentum est. adhuc enim, Maxime, quantum equidem animaduerti, nusquam mulier || magiam nominauit, sed ordinem repetiuit eundem, quem ego paulo prius de longa uiduitate, de remedio ualetudinis, de uoluntate nubendi, de meis laudibus, quas ex Pontiano cognouerat, de suasu ipsius, ut mihi potissimum nuberet.

LXXXI Haec usque adhuc lecta sunt. superest ea pars epistulae, quae similiter pro me scripta in memet ipsum uertit cornua, ad expellendum a me crimen magiae sedulo *m*issa memorabili *fr*aude Rufini uice*m* mutauit, et ultro contrariam mihi opinionem quorundam Oe- (564) ensium quasi mago quaesiuit. multa fando, Maxime, audisti, etiam plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: sed enim uersutiam tam insidiosam, tam admirabili scelere conflatam negabis te unquam cognouisse. quis Palamedes, quis Sisyphus, quis denique Eurybatus aut Phrynondas talem excogitasset? omnes isti quos nominaui et si qui praeterea fuerunt dolo memorandi, si cum

19 Aeschin. in Ctesiph. § 137: *οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ᾽ ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο.* — Plat. Protag. p. 327d.

1 litteras Fφv: *sequitur in* F *rasura* || 2 clamantis F || 3 accipe – lege. literae Pudentillae. substine p. q. s., usque dum ego interloquar *Pricaeus* || 5 deuerticulum ς || 7 ordinem nominauit repetiuit φ || 8 ualitudinis φ || 11 epistulae F, epistolae φv || 12 uertit ad cornua expellendum a me cr. m. F, cornua ad expellendum a me cr. m. uertit φ, uertit cornua ad expellendum a me cr. m. v: *verba* ad expellendum a me cr. m. *verbis* pro me scripta *subiunxit Wowerus* || 13 missa *Casaubonus*: omissa Fφv: emissa *Lipsius* | fraude *Salmasius*: laude Fφv || 14 uicem *Acidalius*: uice Fφv: uocem *Casaubonus*, uoce *Brantius* || 15 etiam] et v || 16 et non pauca *Scriverius* || 17 admirabili φ *in rasura* || 18 Sisyphus ς, ſiſyphas Fφ, Sysyphas V || 19 Euribates Fφ, Euribatus v | Phrinondas Fv, frinondas φ ||

hac una Rufini | fallacia contendantur, macci prorsus et bucccones
(565 uidebuntur. o mirum commentum! o subtilitas digna carcere et robore! quis credat effici potuisse, ut quae defensio fuerat, eadem manentibus eisdem literis in accusationem transuerteretur? est hercule incredibile. sed hoc incredibile qui sit factum, probabo.

Obiurgatio erat matris ad filium, quod me, talem uirum qualem sibi praedicasset, nunc de Rufini sententia magum dictitaret. uerba ipsa ad hunc modum se habebant: Ἀπολέϊος μάγος, καὶ ἐγὼ ὑπ᾽ αὐτοῦ μεμάγευμαι καὶ ἐρῶ. ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμέ, LXXXII
(566) ἕως ἔτι σωφρονῶ. haec ipsa uerba Rufinus [quae Graece interposui] sola excerpta et ab ordine suo seiugata quasi confessionem mulieris circumferens et Pontianum flentem per forum ductans, uulgo ostendebat, ipsas mulieris literas illatenus qua dixi legendas praebebat, cetera supra et infra scripta occultabat. turpiora esse quam ut ostende||rentur dictitabat: satis esse confessionem mulie- f. 121b.
ris de magia cognosci. quid quaeris? uerisimile omnibus uisum: quae purgandi mei gratia scripta erant, eadem mihi immanem inuidiam apud imperitos conciuere. turbabat impurus hic in medio foro bacchabundus, epistulam saepe aperiens proquiritabat: 'Apuleius magus: dicit ipsa quae sentit et patitur: quid uultis amplius?' nemo erat qui pro me faceret ac sic responderet: 'totam sodes epi-
(567) stulam cedo: sine omnia inspiciam, *a* principio ad finem perlegam.' multa sunt, quae sola prolata calumniae possint uideri obnoxia. cuiauis oratio insimulari potest, si ea quae ex prioribus nexa sunt

1 macci – bucccones *Lipsius*: maechi – bocchones FφV ‖ 2 merum F ‖ 4 litteris Fφv (ti) | conuerteretur *Salmasius* ‖ 7 dictaret F ‖ 8 – 10 ΑΠωΛϾΙΟϹ (ΑΠΟΥΛϾΙΟϹ Fφ) μαΓΟϹΚαΙ ϾΓωΥΠαΥΤΟΥμϾμαΓϾΥμαΙ ΚαΙϾΠαΙϾΛΘϾΤωΝΥΝΠΡΟϹϾμϾϾωϹϾΤΙϹωΦΡΟΝω FφV: *verba μεμάγευμαι καὶ ἐρῶ coniungenda esse vidit Spengel. l. d. p.* 32 | *ναὶ ἐρῶ· καὶ ἔλθετε Casaubonus, καὶ ἔρως ἦλθε τοίνυν πρὸς ἐμέ Schickeradus* ‖ 10 interposui Fφ (*et Casaubonus*), interposuit v: *verba* quae Gr. int. *e glossa irrepsisse intellexit Acidalius* ‖ 12 circunferens v | flentem *om.* ς ‖ 13 litteras v ‖ 14 caetera v | scribta F | occultabat (*ras.*) F ‖ 18 čciue(*ras.*) returbabat F ‖ 19 bachabundus F | epistolam Fφv | porro quiritabat *Acidalius* ‖ 21 faceret *vel* esset *Colvius*: ferret Fφv: staret *Stewechius*, foret *Acidalius* ‖ 22 epistolam Fφv | a *addidi* ‖ 23 calumpnie φ, calumnia F | poss̄ φ ‖

principio sui defrudentur, si quaedam ex ordine scriptorum ad lubidinem supprimantur, si quae simulationis causa dicta sunt adseuerantis pronuntiatione quasi exprobrantis legantur. haec et id genus ea quam merito tunc dici potuerint, ipse ordo epistulae ostendat.

LXXXIIII f. 20b. At tu, Aemiliane, recognosce, an et haec mecum testato | descripseris: *βουλομένην γάρ με δι᾽ ἃς εἶπον αἰτίας γαμηθῆναι, αὐτὸς ἔπεισας τοῦτον ἀντὶ πάντων αἱρεῖσθαι, θαυμάζων τὸν ἄνδρα καὶ σπουδάζων αὐτὸν οἰκεῖον ὑμῖν δι᾽ ἐμοῦ ποιεῖσθαι. νῦν δὲ ὡς διάφοροι ἡμῶν κακοήθεις σε ἀναπείθουσιν, αἰφνίδιον ἐγένετο Ἀπολέϊος μάγος, καὶ ἐγὼ* (568) *ὑπ᾽ αὐτοῦ μεμάγευμαι καὶ ἐρῶ.* [*καὶ*] *ἐλθέτω νῦν πρὸς ἐμέ, ἕως ἔτι σωφρονῶ.*

Oro te, Maxime, si literae, ita ut partim uocales dicuntur, etiam propriam uocem usurparent, si uerba, ita ut poetae aiunt, pinnis apta uulgo uolarent: nonne, cum primum epistulam istam Rufinus mala fide excerperet, pauca legeret, multa et meliora sciens reticeret, nonne tunc ceterae literae sceleste se detineri proclamassent? uerba suppressa de Rufini manibus foras euolassent, || totum forum tumultu complessent: se quoque a Pudentilla missas, sibi etiam quae dicerent mandata: improbo ac nefario homini per alie-

a (*man. sec.*)
1 defrudentur F | libidinem φ: liuedinem *Schickeradus* || 3 pronunciatione v | quasi *vel* tamquam *Acidalius*: quam Fφv || 4 ea] alia *Fulvius* | potuerunt V | epistolae Fφv || 7–13 ΒΟΥΛΟμΕΝΟΝ ΓαΡ μΕ dΙαC ΕΙΠΟΝ αΙΤΙαC ΓαμΙΘhΝαΙαΥΤΟC ΕΠΕΙCαC ΤΟΥΤΟΝ αΝΤΙ ΠαΝΤΟΝ (δ˜ ω) (ΠαΝΤΟΝ Fφ) αΙΡΕΙCΘαΙ ΘαΥμαζωΝ ΤΟΝ αΝdΡα ΚαΙ CΠΟΥdαζωΝ αΥΤΟΝ ΟΙΚΙΟΝ hμΕΙΝ dΙΕΜΟΥ ΠΟΕΙCαΙ ΝΥΝ dΕωC μαΚαΡΟΙ hμω̃ ΚαΙ ΚΟh ΘΕΙC ΤΕ αΝαΠΕΙΘΟΥCΙ αΙΦΝΙdΙΟΝ ΕΓΕΝΕΤΟ αΠΟΛΕΙΟC μαΓΟC ΚαΙ ΕΓω μΕμαΓΕΥμαΙ ΥΠαΥΤΟΥ ΚαΙ ΕΡωC ΕΛΘΕΠΟ ΝΥΝΙΤΡΟΕΝΙ (ΕΛΘΕΤω ΝΥΝ ΠΡΟC ΕμΕ Fφ) ΕωCΕΤΙ CωΦΡΟΝω FφV || 9 ὑμῖν *Salmasius*: ἡμῖν ς || 10 ποιεῖσθαι *Spengelius l. d. p.* 32: ποιῆσαι ς | διάφοροι *scripsi*; *cf. Scheib. ad Isaeum praef. p.* XIII: μοχθηροί ς: μακαρίᾳ *Hildebrandius* | ἡμῶν] ὑμᾶς *Casaubonus*, ἡμῖν *Bosscha* | σε *Bosscha*: τε ς || 12 *verba* ὑπ᾽ αὐτοῦ μεμάγευμαι *transposui* | ναὶ ἐρῶ· καὶ ἔλθετε *Casaubonus* | καί *seclusi* || 14 litterae v || 15 ita ut uulgo poetae aiunt, p. a. uol. *Pricaeus* (a) || 16 uolerent F | epistolam Fφv || 18 litterae v ||

nas literas falsum facere temptanti ne auscultarent, sibi potius audirent: Apuleium magiae non accusatum a Pudentilla, sed accusante Rufino absolutum. quae omnia etsi tum dicta non sunt, tamen nunc, cum magis prosunt, luce illustrius apparent. patent artes tuae, Rufine, fraudes hiant, detectum mendacium est: ueritas olim interuersa nunc se effert et uelut alto barathro calumniae *se* emergit.

Ad literas Pudentillae prouocastis: literis uinco, quarum si LXXXIIII
uultis extremam quoque clausulam audire, non inuidebo. dic tu, quibus uerbis epistulam finierit mulier obcantata, uecors, amens, amans.

Ἐγὼ οὔτε μεμάγευμαι οὔτ᾽ ἐρῶ τὴν εἱμαρμένην ἐκφέρουσα.

(569) Etiamne amplius? reclamat uobis Pudentilla et sanitatem suam a uestris calumniis quodam praeconio uindicat. nubendi autem seu rationem seu necessitatem fato | adscribit, a quo multum magia remota est uel potius omnino sublata. quae enim relinquitur uis cantaminibus et ueneficiis, si fatum rei cuiusque ueluti uiolentissimus torrens neque retineri potest neque impelli? igitur hac sententia sua Pudentilla non modo me magum, sed omnino esse magiam negauit. bene, quod integras epistulas matris Pontianus ex more adseruauit: bene, quod uos festinatio iudicii anteuortit, ne quid in istis literis ex otio nouaretis. tuum hoc, Maxime, tuaeque prouidentiae beneficium est, quod a principio intellectas calumnias, ne corroborarentur tempore, praecipitasti et nulla impertita mora

1 litteras v ‖ 6 nun^c F | se effert ς, se fert FφV | calumniae se emergit *Lipsius*: calumnia emergit F, calumpnias emergit φ, calumnias emergit v: calumniae emergit *Casaubonus*, calumnia se emergit *Salmasius* ‖ 8 litteras v | litteris v ‖ 10 epistolam Fφv ‖ 12 *et* 13 ЄΓΟ ΟΥΤЄ ΜЄΜΑΓЄΙΜΑΙ ΟΥΤЄΤЄΡωΤђΝ ЄΙΜΑΡΜЄΝђΝ ЄΚΦ Fφ: *verba graeca om.* v, *emendavit Spengelius l. d.* | *ἐγὼ οὔτι μεμάγευμαι· ὅτι δ᾽ ἐρῶ, αἰτία ἡ εἱμαρμένη ἔφυ Casaubonus, ἐγὼ οὔτε μεμάγευμαι, οὔτε δ᾽ ἐρῶ, τὴν εἱμαρμένην ἔφην Hildebrandius* ‖ 14 declamat φ ‖ 15 calumpniis φ ‖ 16 ascribit φ ‖ 18 rei cq̇ȝ φ ‖ 21 epistolas Fφv ‖ 22 adseruauit ς, asseruabit F, adseruabit φV ‖ 23 litteris v ‖ 24 calumpnias φ ‖ 25 nulla impertitā ora F, nullam impertitam hⁿoram φ ‖

subneruasti. finge nunc aliquid matrem filio secretis literis de amore, uti adsolet, confessam. hocine uerum fuit, Rufine, hoc non dico pium sed saltem humanum, promulgari eas literas et potissimum filii praeconio publicari? sed sumne ego inscitus qui postulo, ut alienum pudorem conserues, qui tuum perdideris? (570)

LXXXV Cur autem praeterita conqueror, cum non sint minus acerba f. 122a. praesentia? hoc usque || a uobis miserum istum puerum deprauatum, ut matris suae epistulas quas putat amatorias pro tribunali proconsuli recitet, apud uirum sanctissimum Claudium Maximum, ante has imperatoris Pii statuas filius matri suae pudenda exprobret stupra et amores obiectet? quis tam est mitis quin exacerbescat? tune, ultime, parentis tuae animum [in] istis scrutaris, oculos obseruas, suspiritus numeras, adfectiones exploras, tabulas intercipis, amorem reuincis? tune, quid in cubiculo agat, perquiris, [ne] mater tua? * * non dico amatrix, sed nec omnino femina est. ne tu in (571) ea cogites nisi unam parentis religionem. o infelix uterum tuum, Pudentilla, o sterilitas liberis potior, o infausti decem menses, o f. 21a. ingrati quattuordecim anni uiduitatis! uipera, ut | audio, exeso utero in lucem proserpit atque ita parricidio gignitur. at enim tibi a filio iam adulto acerbiores morsus uiuenti et uidenti offeruntur. silentium tuum laniatur, pudor tuus carpitur, pectus tuum foditur, uiscera intima protrahuntur. hascine gratias bonus filius matri rependis ob datam uitam, ob adquisitam hereditatem, ob quattuordecim annorum longas alimonias? hiscine te patruus disciplinis

1 subneruiasti V | litteris v || 2 assolet φv | hoccine Fφv || 3 prouulgari v | litteras v || 4 fili F | puplicari FV | sumne *Acidalius*: sum Fφv | inscitus *Scaliger*: inscius Fφv || 7 hoc usque FφV, hucusque ς || 8 epistolas Fφv || 9 Cl. Maximum Fφv || 10 matri Fφ (*et Casaubonus*), matris v || 12 tunc F | ultime *Pricaeus* (*cf. mett.* VIIII 17): ultimo F (*ex corr.*)φV, ultro ς | in *del. Elmenhorstius* || 13 affectiones φ || 14 ne *seclusi*: nae *Scriverius* || 15 *post* tua *aliquot verba intercidisse putat Iahnius* | non dico *secludi vult Casaubonus* | nec *Iahnius*: ne Fφv: enim *Bosscha* | foemina v || 16 ea Fφv: *fortasse* eam | cogites Fφ, cogitas v | non dico mater tua amatrix, sed omnino femina? estne ut in ea cogites, nisi unam parentis religionem? *Wowerus* | infoelix v || 18 quatuordecim Fφ, xiiii v || 21 fodicatur *Bosscha* || 22 rependes *Colvius* || 23 acquisitam φ | quatuordecim φ, xiiii Fv ||

erudiuit, ut, si compertum habeas filios tibi similes futuros, non audeas ducere uxorem? est ille poetae uersus non ignotus:

odi puerulos praecoqui sapientia.

(572) sed enim malitia praecoqui puerum quis non auersetur atque oderit, cum uideat uelut monstrum quoddam prius robusto scelere quam tempore, ante nocentem quam potentem, uiridi pueritia, cana malitia? uel potius hoc magis noxium, quod cum uenia perniciosus est et nondum poenae, iam iniuriae sufficit. iniuriae dico? immo enim sceleri aduersum parentem nefando, immani, impetibili.

Athenienses quondam propter commune ius humanitatis ex captiuis epistulis Philippi Macedonis hostis sui unam epistulam, cum singulae publice legerentur, recitari prohibuerunt, quae erat ad uxorem Olympiadem conscripta: || hosti potius pepercerunt, ne maritale secretum diuulgarent, praeferendum rati fas commune propriae ultioni. tales hostes aduersum hostem: tu qualis filius aduersum matrem? uides, quam similia contendam? tu tamen filius matris epistulas de amore, ut ais, scriptas in isto coetu legis, in quo si aliquem poetam lasciuiorem iubereris legere, profecto non (573) *abnueres*: pudore tamen aliquo impedirere: immo enim nunquam matris tuae literas attigisses, si ullas literas attigisses. *at quin* ausus es tuam ipsius epistulam legendam dare, quam nimis irreuerenter, nimis contumeliose et turpiter | de matre tua scriptam, cum adhuc in eius sinu alerere, miseras clanculo ad Pontianum, scilicet ne semel peccasses ac tam bonum tuum LXXXVI

3 Comicorum lat. rell. ed. Ribbeck p. 111, fr. 78.

1 si] quasi *Pricaeus* || 3 pręcoq Fφ, pręcoqui V || 4 malicia v | pręcoq Fφ, pręcoqui V || 5 robusto *Bosscha*: robustos Fφv: robustum *Colvius* || 7 malicia v || 9 impetibili] impiabili *Colvius* || 10 quondam *Casaubonus*: quidem Fφv, quidam ς || 11 epistolis Fφv | unam Fφ, uanam v | epistolam Fφv || 13 Olympiadem φv, olim piadisi F || 15 aduersus v || 16 aduersus v || 17 epistolas Fφv || 19 abnueres *Woverus*: auderes Fφv || 20 litteras Fφv | ullas alias l. v | litteras Fv | at quin *Colvius*; *cf. Plaut. Rud.* III 4, 55: ad quam Fφv: at etiam *Acidalius*, at quam nequiter *Scaliger*, at quam *Bosscha* || 21 epistolam Fφv | quam] quae *Acidalius* || 24 ac] ad (c man. sec.) F ||

factum *obliuio* capesseret. miser, non intellegis, iccirco patruum tuum hoc fieri passum, quo se hominibus purgaret, si ex literis tuis nosceretur, te etiam prius quam ad eum commigrasses, etiam cum matri blandirere, tamen iam tum uolpionem et
LXXXVII impium fuisse. ceterum nequeo in animum inducere, tam stultum Aemilianum esse, ut arbitretur, mihi literas pueri et eiusdem accusatoris mei offuturas.

Fuit et illa commenticia epistula neque mea manu scripta neque uerisimiliter conficta, qua uideri uolebant blanditiis a me mulierem sollicitatam. cur ego blandirer, si magia confidebam? qua autem uia ad istos peruenit epistula, ad Pudentillam scilicet per aliquem fidelem missa, ut in re tali accurari solet? cur praeterea tam (574) uitiosis uerbis, tam barbaro sermone ego scriberem, quem idem dicunt nequaquam Graecae linguae imperitum? cur autem tam absurdis tamque tabernariis blanditiis subigitarem, quem idem aiunt
f. 122b. uersibus amatoriis satis scite lasciuire? sic est profecto, || cuiuis palam est: hic qui epistulam Pudentillae Graecatiorem legere non potuerat, hanc ut suam facilius legit et aptius commendauit.

Sed iam de epistulis satis dictum habebo, si hoc unum addidero: Pudentillam, quae scripserat dissimulamenti causa et deridiculi: ἐλθέτω νῦν, ἕως ἔτι σωφρονῶ, post hasce literas euocasse ad se filios et nurum, cum his ferme duobus mensibus conuersatam. dicat hic pius filius, quid in eo tempore sequius agentem

1 obliuio *Casaubonus*: optuto Fφ, obtuto v: actutum *Colvius* | capesceret Fv: obtuto (*pro* obtutu) facesseret *Acidalius*, obtutu careret *Vulcanius*, obtutu capesseretur *Bosscha* | intelligis Fφv | idcirco φ || 2 quod Fφ, quo v | hominibus] omnibus ς || 3 litteris v | fuif F, suis φ, tuis v || 4 uolpionem FφV || 5 caeterum v | neque Fφ (*sequitur in* F *rasura*) || 6 litteras v || 7 offuturas FV, oifuturas (b *man. sec.*) φ || 8 epistola Fφv || 9 *ueri*similiter φ *in rasura* || 10 ergo v | blandirem Fφ, blandirer v | magia Fφ, magie v || 11 ad istos *secludi vult Pricaeus* | epistola Fφv || 12 accurari *Hildebrandius*: accusari Fφv, actitari ς || 13 conscriberem ς | idem Fφ, iidem v || 15 tanque v | blandiciis v | idem FV, iidem φ || 17 epistolam Fφv | graecaniorem *Brantius* || 18 poterat v | apertius commentauit *Lipsius* || 19 epistolis Fφv || 20 scribserat F || 21 ἔλθετε *Casaubonus* | *post* νῦν *intercidisse videntur verba* πρὸς ἐμέ: *cf. pag.* 91, 9 *et* 92, 12 | ἕως *om.* F | litteras v || 23 fequs F, fequius φ, secus v ||

(575) uel loquentem matrem suam propter insaniam uiderit: neget, eam rationibus uillicorum et upilionum et equisonum sollertissime subscripsisse: neget, fratrem suum Pontianum grauiter ab ea | moni- f. 21b. tum, ut sibi ab insidiis Rufini caueret: neget, uere obiurgatum, quod literas, quas ad eum miserat, uulgo circumtulisset nec tamen bona fide legisset: neget, post ista quae dixi matrem suam mihi apud uillam iam pridem condicto loco nupsisse. quippe ita pla- LXXXVIII cuerat, in suburbana uilla potius ut coniungeremur, ne ciues denuo ad sportulas conuolarent, cum haud pridem Pudentilla de suo quinquaginta milia nummum in populum expunxisset ea die, qua Pontianus uxorem duxit et hic puerulus toga est inuolutus: praeterea, ut conuiuiis multis ac molestis supersederemus, quae ferme ex more nouis maritis obeunda sunt.

Habes, Aemiliane, causam totam, cur tabulae nuptiales inter me ac Pudentillam non in oppido sint sed in uilla suburbana consignatae: ne quinquaginta milia nummum denuo profundenda essent nec tecum aut apud te cenandum. estne causa idonea? miror tamen, quod tu a uilla tantopere abhorreas, qui plerumque ruri uersere. lex quidem Iulia de maritandis ordinibus nusquam *quantum* scio ad hunc modum || interdicit: ʻuxorem in uilla ne ducito.ʼ immo si uerum uelis, uxor ad prolem multo auspicatius in uilla quam in oppido ducitur, in solo uberi quam in loco sterili, in agri (576) cespite quam in fori silice, mater futura in ipso materno sinu, si nubat in segete adulta, super fecundam glebam, uel enim sub ulmo

2 uilliconum Fφv, uillicorum ς | upilionum FφV, opilionem ς | equiſonum (*man. tert.*) equiſinum (o) F, equiſonum φ, equisionum v || 4 *malim* seuere || 5 litteras v | circuntulisset v || 7 nubsisse F || 10 milia v, millia Fφ | numoſ (rm) F (*man. pr.*) | in *om.* FφV || 12 molestis *Salmasius*: molestiis Fφv || 14 nubtiales F || 16 milia v, millia Fφ || 17 ne tecum *Salmasius* | coenandum Fφ, coenandum esset ς | ydonea φ || 18 quod] quid *Acidalius* | tuam uillam φ, tuā uillā V | ab.orreas (h) φ | rure φv | uerrere sa (*man. sec.*) φ || 19 nusquam *scripsi*: nunquam Fφv | quantum *addidi* || 20 scio *scripsi*: ſui FφV, scilicet ς || 21 auspicacius φV || 23 scilice F, silicƏ V | sinu *om.* v: in ipso materno sinu ac in segete *Casaubonus*, in ipso m. s. nubat, in segete *Acidalius*, in ipso m. sinu, si aut in segete – uel enim *Brantius* || 24 foecundam Fφv ||

marita cubet, in ipso gremio terrae matris, inter suboles herbarum et propagines uitium et arborum germina. ibi et ille celeberrimus in comoediis uersus de proximo congruit:

παίδων ἐπ᾽ ἀρότῳ γνησίων.

Romanorum etiam maioribus Quintiis et Serranis et multis aliis (577) similibus non modo uxores, uerum etiam consulatus et dictaturae in agris offerebantur. cohibebo me in tam prolixo loco, ne tibi gratum faciam, si uillam laudauero.

LXXXVIIII De aetate uero Pudentillae, de qua post ista satis confidenter mentitus es, ut etiam sexaginta annos natam diceres nupsisse, de ea tibi paucis respondebo: nam necesse non est in re tam perspicua pluribus disputare.

| Pater eius natam sibi filiam more ceterorum professus est.

4 Clem. Alex. Strom. II p. 181, 15 (Sylb.): γάμος μὲν οὖν ἐστι σύνοδος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἡ πρώτη κατὰ νόμον ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ· ὁ γοῦν κωμικὸς Μένανδρος·

παίδων ἐπ᾽ ἀρότῳ γνησίων
δίδωμί σοί γε τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα

(παίδων σπόρῳ τῶν γνησίων uulgo; emendauit Porsonus). — Fragm. com. gr. IIII p. 275, fr. CLXXXV.

5 cf. pag. 27, 9.

1 *post* cubet *in* F *rasura*: accubet *Iungermannus* | matris *Casaubonus*: matres Fφv | soboles (u *(man. pr.)*) F ‖ 4 *Παιδων επαρογον* INICION ЄΠΙCΠΟΡΑ Fφ, ΠαΙdωΝ ЄΠαΡΟΓΟΝΙ ΝΙCΙΟΝ ЄΠΙCΠΟΡα V: *παίδων ἐπ᾽ ἀρότῳ γνησίων ἐνὶ σπόροι vel ἐπίσπορα Iahnius nov. mus. rhen.* III *p.* 480 | ЄΠΙC ΠΟΡΑ, *i. e. ἐπὶ σπορᾷ, glossema verborum ἐπ᾽ ἀρότῳ, deleverunt Meinekius* (*fragm. com. gr.* V *p.* 107, *supplem. p.* CCLXXIX) *et Spengelius l. d. p.* 33: *ποάων ἐπ᾽ ἀγρῷ ἡ ἡδονὴ σκηνοποιεῖ vel σκῆνος ποιεῖ Trillerus l. d.* IIII 5, *παίδων ἐπ᾽ ἀγρῶν γνησίων εἰσὶ σπόροι vel ἐνισπόροι Bosscha, παίδων ἐπ᾽ ἀρότῳ γνησίων τε καὶ σπόρῳ Peerlkampius bibl. crit. nov.* I *p.* 96, *παίδων ἐπαρῶν γνησίων ἐπίσπορα Hildebrandius. Casaubonus inseruerat hos versus Menandri: ἆρ᾽ ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος | ἐλευθέρου τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις ἀγρός* (*Stob. floril.* LVI 5), *Scipio Gentilis hunc versum Philemonis: δικαιότατον κτῆμ᾽ ἐστὶν ἀνθρώποις ἀγρός* (*ibid.* LVI 15) ‖ 5 Quintis F ‖ 7 cohibebo ς, cohibebam FφV | in tam φ ‖ 10 nubsisse FV ‖ 11 paucis tibi v | nam necesse non est φV, nam neceſſeē (uo *(man. sec.)*) non est F, nam in re t. p. non est necesse *vel* non opus est ς: nam nec in re t. p. pluribus disputaro *Salmasius* ‖

tabulae eius partim tabulario publico partim domo adseruantur, quae iam tibi ob os obiciuntur. porrige tu Aemiliano tabulas istas: linum consideret, signa quae impressa sunt recognoscat, consules (578) legat, annos computet, quos sexaginta mulieri adsignabat, probet quinque et quinquaginta: lustro mentitus sit. parum hoc est, liberalius agam: nam et ipse Pudentillae multos annos largitus est; redonabo igitur uicissim. decem annos Mezentius cum Vlixe errauit: quinquaginta saltem annorum mulierem ostendat. quid multis? ut cum quadruplatore agam, bis duplum quinquennium faciam, uiginti annos semel detraham. iube, Maxime, consules computari: nisi fallor, inuenies nunc Pudentillae haud multo amplius quadragesimum annum aetatis ire. o falsum audax et nimium, o menda- (579) cium uiginti annorum exilio puniendum: dimidio tanta, Aemiliane, mentiris, falsa audes, sesquialtera! si triginta annos || pro decem f. 123a. dixisses, posses uideri pro computationis gestu errasse, quos circulare debueris digitos aperuisse. cum uero quadraginta, quae facilius ceteris porrecta palma significantur, ea quadraginta tu dimidio auges, non potes digitorum gestu errasse, nisi forte triginta annorum Pudentillam ratus binos cuiusque anni consules numerasti.

(580) Missa haec facio. uenio nunc ad ipsam stirpem accusationis, LXXXX ad ipsam causam maleficii. respondeat Aemilianus, ob quod emolumentum, etsi maxime magus forem, Pudentillam carminibus et uenenis ad matrimonium pellexissem. atque ego scio, plerosque

7 cf. pag. 67, 1.

1 puplico φ || 2 obiiciuntur φ: *malim* obicientur | tu *om.* ς || 3 linum] lignum ς || 4 L.X. v | assignabat φ || 5 sit FφV, est ς || 9 bis v, bi. F (*erasa videtur litera* n), his φ || 10 .XX. v | semel] simul *Bosscha* | conputari v || 11 haud multo p᾽ amplius φ | quadragensimum V: haud multo quadragesimum amplius *Elmenhorstius* || 12 et nimium] et mimicum *Gruterus*, aestimium *Brantius* | o mendacium F, o mendatium v, mendacium φ: o falsum et audax, nimium m. *Elmenhorstius*, o falsum et audax nimium, o mendacium *Scaliger* || 13 XX v | exsilio F | tanto *Salmasius* || 14 andes ſesque altera F, audeſſesque altera φ, andes sesqȝ altera V | et sesquialtera *Casaubonus* | .XXX. v | pro *om.* ς || 16 aperuisse Fφ, adperisse V | .XL. v || 17 caeteris v | .XL. v | tu] cum *Iahnius* || 18 .XXX. v || 19 nominaſti (*supra*: numeraſti (*man. sec.*)) φ || 21 ipsam Fφ, ipsum v || 22 Aemilianus et Rufinus φv || 24 ueniens (i *suprascr.*) φ | atqȝ

reos alicuius facinoris postulatos, si fuisse quaepiąm causae probarentur, hoc uno se tamen abunde defendisse, uitaṃ suam procul ab huiusmodi sceleribus abhorrere, nec id sibi obesse debere, quod uideantur quaedam fuisse ad malefaciendum inuitamenta. non enim omnia quae fieri potuerint pro factis habenda: rerum uices uarias euenire: certum indicem cuiusque animum esse: qui semper eodem ingenio | ad uirtutem uel ad malitiam moratus firmum argumentum est accipiendi criminis aut respuendi. haec ego quamquam possim merito dicere, tamen uobis condono nec satis mihi duco, si me omnium quae insimulastis abunde purgaui. si*n* nusquam passus sum uel exiguam suspitionem magiae consistere, reputate uobiscum, quanta fiducia innocentiae meae quantoque despectu uestri agam: si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillae nuptias ob aliquod meum commodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis, ego ille sim *T*arm*o*endas uel Damigeron uel *Velus uel* Moses uel *Ia*nnes uel Apollo*beches* uel ipse Dar-

f. 22a.

16 Plin. nat. hist. XXX 1, 4: mirum hoc inprimis, durasse memoriam artemque tam longo aeuo commentariis non intercedentibus, praeterea nec claris nec continuis successionibus custoditam. quotus enim quisque auditu saltem cognitos habet, qui soli nominantur, Apusorum et Zaratum Medos Babyloniosque Marmarum et Arabantiphocum aut Assyrium T a r m o e n d a m, quorum nulla extant monumenta?

17 Arnob. adu. gent. I 52: age nunc ueniat quaeso per igneam zonam

Fφ, atque v: atqui *Scaliger* ‖

2 habunde Fφ ‖ 4 ad maleficiendum F, ad maleficiundum φV, ad maleficium perpetrandum ς ‖ 5 poterint V ‖ 7 ad malitiam φv: *in* F ad *deletum est* ‖ 8 diſcriminis φ ‖ 9 possum ς ‖ 10 habunde φ | *in eis quae secuntur verborum distinctionem mutavi* | sin *Busscha*: si Fφv: nisi *Acidalius* ‖ 11 suspicionem Fφv ‖ 13 uestra F ‖ 14 nubtias F ‖ 15 qualibet φ ‖ 16 Tarmoendas *scripsi* (*cf. Plin. nat. hist.* XXX 1, 5): caβm̄daſ F, carmendas φ, Carm̃daſ V, Carinondas ς: Charondas *B. Pius*, Phrynondas *Pricaeus* ‖ 17 Velus *sive* Belus *add. Meursius*, uel *Bosscha*: his Moses F, hiſmeſos φ, Hismoses v: is Moses *Ianus Parrhasius*, hic Moses *Olearius*, Hisus (*i. e.* Hiesus, Iesus) uel Moses *Bosscha aliquando*, his *del. Scaliger* | Moses] Musaeus *Hildebrandius* | Iannes *Colvius*: ioħſ F, iohannes φ, Iohannes V | Apollobeches *scripsi* (*cf. Plin. nat. hist.* XXX 2, 9): Apollohęi F, Apollo φ, Apollohęc V, Apollonius ς ‖

(581) danus uel quicumque alius post Zoroastren et Ostanen inter magos celebratus est.

Vide quaeso, Maxime, quem tumultum suscitarint, quoniam ego paucos magorum nominatim percensui. quid faciam tam rudibus, tam barbaris? doceam rursum haec et multo plura alia nomina in bybliothecis || publicis apud clarissimos scriptores me legisse, an disputem longe aliud esse notitiam nominum, aliud artis eiusdem communionem habere, nec debere doctrinae instrumen- LXXXXI
(582) tum et eruditionis memoriam pro confessione criminis haberi, an, quod multo praestabilius est, tua doctrina, Claudi Maxime, tuaque perfecta eruditione fretus contemnam stultis et impolitis ad haec respondere? ita potius faciam: quid illi existiment, nauci non putabo. quod institui pergam disputare: nullam mihi causam fuisse Pudentillam ueneficiis ad nuptias prolectandi.

Formam mulieris et aetatem ipsi ultro improbauerunt idque mihi uitio dederunt, talem uxorem causa auaritiae concupisse, at-

magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori, Bactrianus et ille conueniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo, Armenius, Ostanis nepos, et familiaris Pamphylus Cyri, Apollonius, Damigero et Dardanus, Velus, Iulianus et Baebulus, et si quis est alius, qui principatum et nomen fertur in talibus habuisse praestigiis. — Plin. l. d. 2, 11: est et alia magices factio a Mose et Ianne et Lotape ac Iudaeis pendens, sed multis milibus annorum post Zoroastren. — ibid. 2, 9: Democritus Apollobechen Coptiten et Dardanum e Phoenice illustrauit, uoluminibus Dardani in sepulcrum eius petitis, suis uero ex disciplina eorum editis, quae recepta ab ullis hominum atque transiisse per memoriam aeque ac nihil in uita mirandum est.

1 ibid. 2, 3: sine dubio (magia) orta in Perside a Zoroastre, ut inter auctores conuenit: sed unus hic fuerit an postea et alius, non satis constat. — ibid. 2, 8: primus, quod extet, ut equidem inuenio, commentatus est de ea Ostanes Xerxen regem Persarum bello quod is Graeciae intulit comitatus, ac uelut semina artis portentosae sparsit obiter infecto quacumque commeauerant mundo.

r di (*man. sec.*)
1 quicunque v | Hostanen Fφv || 4 duribus φ || 5 rursum] Rufinum ς || 6 bybliothecis F, bibliothecis φv || 7 noticiam v || 8 habere communionem v || 11 contempnam φ || 12 nauci *Colvius*: nacci Fφv: quid isti existiment naccae, non putabo *Colvius*, quid – nauae, naui n. p. *Theod. Marcilius*, quid – nactae, non curabo *vel* nauci putabo *Tollius* ||

que adeo primo dotem in congressu grandem et uberem rapuisse. ad haec, Maxime, longa oratione fatigare te non est consilium: nihil uerbis opus est, cum multo disertius ipsae tabulae loquantur, in quibus omnia contra quam isti ex sua rapacitate de me quoque coniectauerunt, facta inpraesentiarum et prouisa in posterum deprehendis: *n*am primum mulieris locupletissimae modicam dotem neque eam datam sed tantum|modo promissam: praeter haec ea condicione factam coniu*n*ctionem, nullis ex me susceptis liberis *si* uita demigrasset, uti dos omnis apud filios eius Pontianum et Pudentem maneret, sin uero uno unaue superstite diem suum obisset, uti tum diuidua pars dotis posteriori filio, reliqua prioribus (583) cederet.

LXXXXII Haec, ut dico, tabulis ipsis docebo. fors fuerit an ne sic quidem credat Aemilianus, sola trecenta milia nummum scripta eorumque repetitionem filiis Pudentillae pacto datam. cap*e* *sis* ipse tu manibus tuis tabulas istas, da impulsori tuo Rufino: legat, pudeat illum tumidi animi sui et ambitiosae mendicitatis: quippe ipse f. 123b. egens, nudus, quadringentis milibus nummum a creditore || acceptis filiam dotauit. Pudentilla, locuples femina, trecentis milibus dotis fuit contenta et maritum habet [et] multis saepe et ingentibus dotibus spretis inani nomine tantulae dotis contentum, ceterum praeter uxorem suam nihil computantem, omnem supellectilem cunctasque diuitias in concordia coniugi*i* et mut*u*o amore ponentem. quamquam quis omnium uel exigue rerum peritus culpare auderet, si

2 nichil Fφ || 5 impraesentiarum φv (*in φ litera* m *extat in rasura*) | imposterum v | deprehendes ς || 6 nam *scripsi*: iam Fφv || 7 promissam F, *om.* φV; *in φ autem manus recentissima in margine adscripsit*; pactam modo *Hildebrandius*, dictam tantummodo *Iahnius* | 8 conditione F | coniunctionem *Casaubonus*: coniectionem Fφv: conuentionem *Acidalius*; connexionem *Lipsius*, compectionem *Hildebrandius* | si *addidi*: si nullis – demigrasset ς || 9 uti Fφ, ut v | ad (apud *man. sec.*) φ || 10 uero *del. Salmasius* || 11 dimidia ς || 13 fuerit F, fuerat φ, fuat V | an FφV, ut ς || 14 Aemilianum Fφ, Aemilianus v | .CCC. milia v, trecenta millia Fφ || 15 cape sis *Iahnius*: capens F, capiens φv || 17 timidi *Schickeradus* || 18 .CCCC. milibus Fφv || 19 foemina v | trecentis millibus Fφ, .CCC. milibus v || 20 et *seclusit Iahnius*: ea *Colvius*, ex *Lipsius* || 21 spraetis v | caeterum v || 22 nichil Fφ: nihil omnium *Acidalius* || 23 coniugii *Casaubonus*: coniugis Fφv: coniugali *Wowerus* | mutuo *Lipsius*: multo Fφv | quanquam v ||

mulier uidua et mediocri forma, at non aetate mediocri, nubere uo- (584) lens longa dote et molli condicione inuitasset iuuenem neque corpore neque animo neque fortuna poenitendum? uirgo formosa etsi sit oppido pauper, tamen abunde dotata est: affert quippe ad maritum nouum animi indolem, pulchritudinis gratiam, floris rudimentum. ipsa uirginitatis commendatio iure meritoque omnibus maritis acceptissima est. nam quodcunque aliud in dotem acceperis, potes, cum libuit, ne sis beneficio obstrictus, omne ut acceperas retribuere, pecuniam renumerare, mancipia restituere, domo demigrare, praediis cedere. sola uirginitas cum semel accepta est, reddi nequitur: sola apud maritum ex rebus | dotalibus remanet. uidua f. 22b. autem qualis nuptiis uenit, talis diuortio digreditur: nihil affert (585) irreposcibile, sed uenit iam ab alio praeflorata, certe tibi ad quae uelis minime docilis, non minus suspectans nouam domum quam ipsa iam ob unum diuortium suspectanda, siue illa morte amisit maritum, ut scaeui ominis mulier et infandi coniugii, minime appetenda, seu repudio digressa est, *ut* utramuis habens culpam mulier, quae aut tam intolerabilis fuit, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut repudiaret. ob haec et alia || uiduae dote aucta procos sollicitant. quod Pudentilla quoque in alio marito fecisset, si philosophum spernentem dotis non repperisset.

Age uero, si auaritiae causa mulierem concupissem, quid mihi LXXXXIII utilius ad possidendam domum eius fuit, quam simultatem inter matrem et filios serere, alienare ab eius animo liberorum caritatem, quo liberius et artius desolatam mulierem solus possiderem? fuitne hoc praedonis quod uos fingitis? ego uero quietis et concordiae et

1 at non φv, adcñ F || 2 longa] larga *vel* lauta *Stewechius*, uncta *Colvius*, magna *Wowerus* | conditione v || 4 oppido oppido φ | habunde Fφ || 5 nouum Fv, nouam φ (*et Salmasius*) || 7 quodcunque v | acceperis V, acceperit Fφ || 8 libuerit *Pricaeus* || 10 caedere v || 12 nichil φ || 13 irreposcibile φ, irrepossibile FV: inposcibile *Scriverius*, inpassibile *Gulielmus* || 14 sus (*man. sec.*) expectans F || 16 infausti v || 17 ut *addidi* | utramuis ς, utrumuis FφV | habens ς, habes Fφ, habeas V: habebat *Colvius*, habebit *Wowerus* || 19 aucta Fφv: uncta *Colvius*, auctae *Heinsius* || 21 reperisset Fφv || 22 eu (*man. sec.*) côpisse φ || 25 arctius φv || 26 fuit nae hoc praedonis *Hildebrandius* | quod esse uos fingitis v: fuit hoc praedonis, quod me esse uos f. *Salmasius* ||

pietatis auctor, conciliator, fauisor non modo noua odia non serui, sed uetera quoque funditus exstirpaui. suasi uxori meae, cuius — (586) ut isti aiunt — iam uniuersas opes transuoraram, suasi, inquam, ac denique persuasi, ut filiis pecuniam suam reposcentibus, — de quo supra dixeram —, ut eam pecuniam sine mora redderet in praediis uili aestimatis et quanto ipsi uolebant, praeterea ex re familiari sua fructuosissimos agros et grandem domum opulente ornatam magnamque uim tritici et hordei et uini et oliui ceterorumque fructuum: seruos quoque haud minus quadringentos, pecora amplius neque pauca neque abiecti pretii donaret, ut eos et ex ea parte quam tribuisset securos haberet et ad cetera hereditatis bona spe inuitaret. haec ego ab inuita Pudentilla — patietur enim me, uti res fuit, | ita dicere — aegre extudi, ingentibus precibus inuitae (587) et iratae extorsi, matrem filiis reconciliaui, priuignos meos primo hoc uitrici beneficio, grandi pecunia auxi.

LXXXXIIII Cognitum hoc est tota ciuitate. Rufinum omnes execrati me laudibus tulere. uenerat ad nos, priusquam ista donationem perficeret, cum dissimili isto fratre suo Pontianus: pedes nostros aduolutus ueniam et obliuionem praeteritorum omnium postularat, flens et manus nostras osculabundus ac dicens poenitere, quod Rufino et similibus auscultarit. petit postea suppliciter, uti se Lolliano quoque Auito C. V. purgem, cui haud pridem tirocinio orationis f. 124a. suae fuerat ‖ a me commendatus: quippe compererat, ante paucos dies omnia me ut acta erant ad eum perscripsisse. id quoque a me

1 autor v | fauisor FφV, fauissor ς: fautor, suasor *Casaubonus*, fauitor *Lipsius* | ſeŕui F, ſerui φv: seui *Elmenhorstius* ‖ 2 extirpaui v ‖ 4 *et* 5 de qua supra dixi iam *Casaubonus*, de quo supra iam dixi *Scaliger*: *verba glossatoris esse suspicatur Pricaeus* ‖ 6 prędis F | uiliaeſtımacqſ F, uilia eſtimatis φ, uili aestimatis v: uili aestimatu *Wowerus* | re ς, ſe FφV ‖ 8 ordei FφV | olei ς | caeterorumque v ‖ 9 CCCC FφV ‖ 10 precii v | et *ante* ex *om.* φ ‖ 11 parte *om.* F | caetera haereditatis v ‖ 12 spe ς, spei FφV | ego Fv, ergo φ ‖ 13 extudi V, exaudi Fφ, exauditus ς | inuite et ingrate *Stewechius* ‖ 15 uitricus *Casaubonus* ‖ 16 execrati Fφv: exsecrari, – tollere *Scioppius* ‖ 17 ista *Hildebrandius*: istam Fφv | mater *ante* perficeret *add.* ς ‖ 18 ut cum dissimili ς | ante pedes ς ‖ 19 postularat FφV, postulat ς ‖ 22 orationis FφV, profectionis ς: professionis *Lipsius* ‖ 24 prescripsisse F, p̃scripsisse φ, perscripsisse v ‖

(588) impetrat. itaque acceptis literis Carthaginem pergit, ubi iam prope exacto consulatus sui munere Lollianus Auitus te, Maxime, opperiebatur. *is* epistulis meis lectis pro sua eximia humanitate gratulatus Pontiano, quod cito errorem suum correxisset, rescripsit mihi per eum, quas literas, di boni, qua doctrina, quo lepore, qua uerborum amoenitate simul et iucunditate! prorsus ut 'uir bonus dicendi peritus'. scio te, Maxime, libenter eius literas auditurum, *e*quidem si perlegam: mea uoce pronuntiabo. cedo tu Auiti epistulas, ut quae semper ornamento mihi fuerunt, sint nunc etiam saluti. at tu licebit aquam sinas fluere. namque optimi uiri literas ter et quater a*d*eo quantouis temporis dispendio lectitarem.

Non sum nescius, debuisse me post istas Auiti literas perorare. LXXXXV
(589) quem enim laudatorem locupletiorem, quem testem uitae meae sanctiorem producam, quem denique aduocatum facundiorem? multos in uita mea Romani nominis disertos uiros sedulo cognoui, sed sum aeque | neminem admiratus. nemo est hodie, quantum f. 23a.
mea opinio fert, alicuius in eloquentia laudis ac spei, quin Auitus esse longe malit, si cum eo se remota inuidia uelit conferre. quippe omnes fandi uirtutes paene diuersae in illo uiro congruunt. quamcumque orationem struxerit Auitus, ita illa erit undique sui per-

6 Senec. controu. I praef. 9 p. 49 Burs.: erratis, optimi iuuenes, nisi illam uocem non M. Catonis, sed oraculi creditis... ille ergo uir quid ait? ‹orator est, Marce fili, uir bonus dicendi peritus.› (Caton. fragm. pag. 80 Iord.)

1 ulceptis (ac *man. sec.*) F | litteris Fφv || 3 is *Scaliger*: his Fφv | epistolis Fφv | gratulatur *Wowerus* || 5 litteras Fv | di FV, dū φ, dii ς || 7 litteras v | equidem si perlegam *scripsi et cum eis quae antecedunt coniunxi*; *vulgo*: — auditurum. et quidem si perlegam, mea uoce pr. || 8 p̄legam V | pronunciabo v | epistolas Fφv | quae] quia *Hildebrandius* || 9 at F, ut φV || 10 litteras Fφv || 11 adeo *Lipsius*: abeo Fφ, ab eo v: aueo *Gruterus* | tempore V | lectitarem Fφ, lectitare V (*et Gruterus*) | *post* lectitarem *vulgo addunt*: desunt Lolliani Auiti litterae || 12 litteras v || 16 ſummeque Fφ, sum aeque V | ammiratus F || 17 eloquentię FV, eloquentia φ | laudis aut spei *Pricaeus* || 18 malit F, malis φV || 19 quamcunque φv || 20 oratıe³ (tı) F, orationem φv | pfecte v ||

fecte absoluta, ut in illa neque Cato grauitatem requirat neque Laelius lenitatem neque Gracchus impetum nec Caesar calorem nec Hortensius distributionem nec Caluus argutias nec parsimoniam Salustius nec opulentiam Cicero: prorsus, *inquam*, ne omnis persequar, si Auitum audias, neque additum quicquam uelis neque detractum neque autem aliquid commutatum.

Video, Maxime, quam benigne audias, quae in amico tuo Auito recognoscis. tua me comitas, ut uel pau||ca dicerem de eo, inuitauit. at non usque adeo tuae beneuolentiae indulgebo, ut mihi permittam iam propemodum fesso in causa prorsus ad finem inclinata de egregiis uirtutibus eius nunc demum incipere, quin potius eas
LXXXXVI integris uiribus et tempori libero seruem. nunc enim mihi, quod aegre fero, a commemoratione tanti uiri ad pestes istas oratio reuoluenda est.

Audesne ergo te, Aemiliane, cum Auito conferre? quemne ille bonum uirum ait, cuius animi ˣdisputationemˣ tam plene suis literis collaudat, eum tu magiae *et* maleficii crimini*bus* insectabere? (590)
an inuasisse me domum Pudentillae et concipilare bona eius tu magis dolere debes, quam doluisset Pontianus, qui mihi ob paucorum dierum uestro scilicet instinctu ortas simultates etiam absenti apud Auitum satisfecit, qui mihi apud tantum uirum gratias egit? puta me acta apud Auitum, non literas ipsius legisse. quid? posses*ne* uel qu*i*squil*ia*s in isto negotio accusare? Pontianus | ipse, quod a matre donatum acceperat, meo muneri acceptum ferebat, Pontianus me uitricum sibi contigisse intimis affectionibus laetabatur. quod utinam incolumis Carthagine reuertisset! uel, quoniam sic ei fuerat

2 Graccus φ ‖ 3 Ortensius FφV ‖ 4 Salustius FφV | inquam *Salmasius*: in qua Fφv | omnia *Elmenhorstius* ‖ 8 recognoscis ς, recognosces FφV ‖ 9 beniuolentiae v ‖ 12 hinc enim *Lipsius* ‖ 15 ergo te F, te ergo φv ‖ 16 animi Fv, aĩ φ: Auitus *Casaubonus* | disputationem] *corruptum*: dispositionem *Fulvius*, (Auitus) disciplinae rationem *Lennepius*, disciplinationem *Hildebrandius* ‖ 17 litteris v | eum v, cum Fφ | *aut* magiae *aut* maleficii *delendum esse suspicatus est Brantius*, et *addidit Bosscha* | criminibus *Bosscha*: criminis Fφv ‖ 18 cõcipilare F, compilare ς ‖ 19 qui mihi φv, ..qim mihi F ‖ 22 litteras v | quid? possesne *scripsi*: quid posses – accusare? *vulgo* ‖ 23 quisquilias *scripsi*: quas quis Fφv: quos quires *Stewechius*, quisquis *Colvius* ‖ 25 uitricum φV, uiaticum F ‖

fato decretum, utinam tu, Rufine, supremum eius iudicium non impedisses! quas mihi aut coram aut denique in testamento gratias egisset! literas tamen, quas ad me Carthagine uel iam adueniens ex itinere praemisit, quas adhuc ualidus, quas iam aeger plenas honoris, plenas amoris, quaeso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat frater eius, accusator meus, quam ˣ in omnibus Mineruae curricu-
(591) lum ˣ cum fratre optumae memoriae uiro currat.

Audistine uocabula, quae mihi Pontianus frater tuus tribue*b*at, LXXXXVII
me parentem suum, me dominum, me magistrum ‖ cum saepe alias f. 124b.
tum in extremo tempore uitae uocans? possem tuas quoque paris epistulas *promere, et* promerem, si uel exiguam moram tanti putarem: potius testamentum illud recens tui fratris quamquam imperfectum, tamen proferri cuperem, in quo mei officiosissime et honestissime meminit. quod tamen testamentum Rufinus neque
(592) comparari neque perfici passus est pudore perditae hereditatis, quam paucorum mensium quibus socer Pontiani fuit magno quidem pretio noctium computarat. praeterea nescio quos Chaldaeos consuluerat, quo lucro filiam collocaret, qui, ut audio, utinam illud non uere respondissent, primum eius maritum in paucis mensibus moriturum: cetera enim de hereditate, ut adsolent, ad consulentis uotum confinxerunt. uerum, ut dii uoluere, quasi caeca bestia in cassum hiauit. Pontianus enim filiam Rufini mal*i* compertam non modo heredem non reliquit, sed ne honesto quidem legato imper-

3 litteras Fv | Carthaginem F, Carthaginē V ‖ 4 pmisit φ ‖ 5 pl. amoris scripsit *Iahnius* ‖ 6 quam in omnibus Mineruae curriculum] *verba corrupta*: quam infaustis ominibus M. c. *Stewechius*, quam in omnibus diuersum c. *Casaubonus*, quam in omnibus diuerse c. *Gruterus*, quam in omnibus minor, uitae c. *Lennepius*, quam in omnibus impar *vel* inenorme *Lipsius* ‖ 7 optimae Fφ, optumae V | uir occurrat FφV, uiro currat ς: uiro occurrat *Beroaldus* | *post* currat *vulgo addunt* Pontiani literae ‖ 8 tribuebat *Iahnius*: tribuerat Fφv ‖ 10 possem Fφ, postquam V: post quirem *Hildebrandius* ‖ 11 epistolas Fφv | promere, et promerem *scripsi*: promerem FφV, promere ς ‖ 12 quanquam v ‖ 15 comparari v, compareri Fφ: comparere *Lipsius*, compleri *Casaubonus* | etiam pudore ς: tam pudore *Stewechius* ‖ 17 precio v ‖ 19 responderunt *Pricaeus* ‖ 20 caetera v | haereditate v | assolent φ ‖ 22 mali *Casaubonus*: male Fφv: maleficii *Wowerus* ‖ 23 haeredem v | reli(*ras.*)quit F ‖

tiuit, quippe qui ei ad ignominiam lintea adscribi ducentorum fere denariorum iusserit, ut intellegeretur iratus potius *exterminasse* f. 23b. eam quam | oblitus praeterisse. scripsit autem heredes tam hoc (593) testamento, quam priore quod lectum est, matrem cum fratre, cui, ut uides, admodum puero eandem illam filiae suae machinam Rufinus admouet, ac mulierem alioqui multo natu maiorem, nuperrime uxorem fratris, misero puero obicit et obsternit.

LXXXXVIII At ille puellae meretriciis blandimentis et lenon*ii*s patris illectamentis captus et possessus, exinde ut frater eius animam edidit, relicta matre ad patruum commigrauit, quo facilius remotis nobis coepta perficerentur. fauet enim Rufino Aemilianus et prouentum cupit. ehem, recte uos ammonetis: etiam suam spem bonus patruus temperat in isto ac fouet, qui sciat intestati pueri legitimum || magis quam iustum heredem futurum. nollem hercule hoc a me profectum: non fuit meae moderationis tacitas omnium suspitiones (594) palam abrumpere: male uos qui suggessistis. plane quidem, si *uerum* uelis, multi mirantur, Aemiliane, tam repentinam circa puerum istum pietatem tuam, postquam frater eius [Pontianus] est mortuus, cum antea tam ignotus illi fueris, ut saepe ne in occursu quidem filium fratris tui de facie agnosceres. at nunc adeo patientem te ei praebes, itaque eum indulgentia corrumpis, adeo ei nulla re aduersaris, ut per haec suspicacioribus fidem facias. inuestem a nobis accepisti, uesticipem ilico reddidisti: cum a nobis regeretur, ad magistros itabat: ab iis nunc magna fugela in ganeum fugit,

2 intellegeretur V, intelligeretur Fφ | exterminasse *Colvius*: eſtimaſſe F, extimasse φV, externasse ς: extraneasse *Elmenhorstius* || 3 haeredes v || 4 cui ut Fφ, cuius V || 5 eandem F (*et Casaubonus*), tandem φv | Rufinus Fφv (*et Casaubonus*), Rufino ς || 6 alioqui ς, alioquem F, alioquam φ, aliquem V: aliquam *Salmasius* || 7 obicit φV, obiicit F | substernit *Modius*, oggerit *Pricaeus* || 8 at ς, ait FφV | meretriciis F (*et Casaubonus*), meretricis φv | lenoniis *Casaubonus*: lenonis Fφv || 11 caepta v || 12 hem φ
at (*man. sec.*) ac (*man. sec.*)
|| 13 temperet F | .. F || 14 haeredem v || 15 hominum *Fulvius* | suspiciones Fφv || 16 uos φv, nos F | uerum *Casaubonus*: puerum Fφv: puero *Lipsius*, peruerum *Hildebrandius* || 18 Pontianus *seclusi* || 22 aduersaris Fφ, aduersare V | suspicionibus ς || 23 illico v ||
ſtroſ(*ras.*)la
ſtros it abatabils
24 ad magistros it abaccabuſ F, ad magistros it.ab(*ras.*)t abiis φ, ad magistros ibat, at ab iis v; ad m. itabat; ab iis *Salmasius* ||

amicos serios aspernatur, cum adolescentulis postremissumis inter scorta et pocula puer hoc aeui conuiuium agitat. ipse domi tuae rector, ipse familiae dominus, ipse magister conuiuii: in ludo quo-(595) que gladiatorio frequens uisitur, nomina gladiatorum et pugnas et uulnera plane quidem ut honestus puer ab ipso lanista docetur: loquitur nunquam nisi Punice et si quid adhuc a matre graecissat; *at* enim Latine loqui neque uult neque potest. audisti, Maxime, paulo ante, | pro nefas, priuignum meum, fratrem Pontiani, diserti iuuenis, uix singulas syllabas fringultientem, cum ab eo quaereres, donassetne illis mater, quae ego dicebam me adnitente donata.

Testor igitur te, Claudi Maxime uosque qui in consilio estis LXXXXVIIII uosque etiam qui tribunal mecum adsistitis, haec damna et dedecora morum eius patruo huic et candidato illo socero adsignanda, meque posthac boni consulturum, quod talis priuignus curae meae iugum ceruice excusserit, neque postea pro eo matri eius supplicaturum. nam, quod paenissime oblitus sum, nuperrime cum testamentum Pudentilla post mortem Pontiani filii sui in mala ualetudine scri*beret*, diu sum aduersus illam renisus, ne hunc ob tot insignis contumelias, ob tot iniurias || exheredaret. elogium gra- f. 125a.
(596) uissimum iam totum medius fidius perscriptum ut aboleret, impensis precibus oraui. postremo, ni impetrarem, diuersurum me ab ea comminatus sum: mihi hanc ueniam tribueret, malum filium beneficio uinceret, me inuidia omni liberaret. nec prius destiti quam ita fecit. doleo me hunce scrupulum Aemiliano dempsisse, tam inopinatam semitam indicasse. specta quaeso, Maxime, ut hisce auditis

1 poſtremis ſumis Fφ, postremissumis V || 2 in conuiuio ς: *del. Wowerus*, inconcinne *Vulcanius* || 3 ipsae familiae v | conuiuii *scripsi*: conuiuio FφV, in conuiuio ς || 4 uisitur ς, uisitor Fφv || 5 hone″ſtus pue″r F, puer honestus φV (*et Casaubonus*), puer honeste ς: puer moleste *Colvius* || 6 etsi v | at *addidit Iahnius* || 7 latine enim φ: latina *Vulcanius* | loqui *om.* ς || 8 proh Fφv | nephas φ || 9 sillabas Fφ | donasetne F || 10 adnitente FφV, adiuuante ς || 12 etiam φv, et^i(*ras.*) F | assistitis φ || 13 illo Fφ, illi v | assignanda φ || 14 nil boni ς || 16 poenissime v || 18 scriberet *scripsi*: scribseret F, scripseret φV, scripserit ς: scripsit *Salmasius* || 19 exhaeredaret v || 20 iam tum *Scaliger* || 21 orauit Fφ, oraui v | diuirsurum φ: diuorsurum *Vulcanius* || 23 uinceret *in* F *scr. in rasura*, uinciret ς | .... omni (*man. sec.*) φ || 24 huncſe F, huncce φ, hunc se V, hunc sic ς || 25 semitam ς, ſαn^e_α F, ſemet φV: senten-

subito obstipuerit, ut oculos ad terram demiserit: enim longe sequius ratus fuerat, nec inmerito: mulierem filii contumeliis infestam, meis officiis deuinctam sciebat. de me quoque fuit quod timeret: *quis* uel aeque ut ego spernens hereditatis, tamen uindicari de tam inofficioso priuigno non recusasset? haec praecipue sollicitudo eos ad accusationem mei stimulauit: hereditatem omnem mihi relictam falso ex sua auaritia coniectauere. soluo uos in praeteritum isto metu. namque animum meum neque hereditatis neque ultionis occasio potuit loco demouere. pugnaui cum irata matre pro priuigno malo uitricus, ueluti pater pro optimo filio aduersus nouercam, nec satis fuit, ni bonae uxoris prolixam | liberalitatem circa me nimio plus aequo coercerem. (597)

f. 24a.

C Cedo tu testamentum iam inimico filio a matre factum, me quem isti praedonem dicunt uerba singula cum precibus praeeunte. rumpi tabulas istas iube, Maxime: inuenies filium heredem, mihi uero tenue nescio quid honoris gratia legatum, ne, si quid eam humanitus attigisset, nomen maritus in uxoris tabulis non haberem. cape istud matris tuae testamentum, uere hoc quidem inofficiosum. quidni? in quo obsequentissimum maritum exheredauit, inimicissimum filium scripsit heredem, immo enimuero non filium, sed Aemiliani spes et Rufini nuptias, sed temulentum illud collegium, parasitos tuos. accipe, inquam, filiorum optime, et positis paulisper epistulis amatoriis matris lege potius testamentum: si quid quasi insana scripsit, hic reperies et quidem mox ‖ a principio: 'Sicinius Pudens filius meus mihi heres esto.' fateor: qui hoc legerit, insanam putabit. hicine filius heres, qui te in ipso fratris sui funere (598)

tiam *vel* rem *vir d. in marg. edit. Iunt. alt.*, spem ei *vel* speculam *Hildebrandius* ‖

1 ad terras ς | longe enim *Colvius* | seqius Fφ, secius v ‖ 2 ratis V | immerito φv | infestam Fφ (*et Casaubonus*), infectam v: offensam *Bosscha*, infensam *Hildebrandius* ‖ 4 quis *scripsi*: quiuis Fφ, quisuis V, quis enim ς | haereditatis v ‖ 5 non *om.* ς ‖ 6 *post* mei *et* hereditatem *in F rasura* | haereditatem v ‖ 7 solui *Pricaeus* ‖ 8 haereditatis v ‖ 9 dimouere ς ‖ 12 plus aequo *uncis inclusit Scriverius* ‖ 14 praeeuntẽ V ‖ 16 eam Fφ (*et Elmenhorstius*), ei v ‖ 17 attigisset Fφv: ei h. accidisset *vel* contigisset *Casaubonus*, ei h. obtigisset *Burmannus* | tabuli. F ‖ 18 istud φ (*et Casaubonus*): ista ut Fv ‖ 19 quini Fφ, quid ni v | inimicissumum V ‖ 20 scribsit FV ‖ 21 set V ‖ 22 parsitos v ‖ 23 epistolis Fφv ‖ 24 insania *Scaliger* ‖ 25 insanam F (*et Casaubonus*), insanum φv ‖ 26 hiccine Fφv ‖

aduocata perditissimorum iuuenum manu uoluit excludere e domo quam ipsa donaueras, qui te sibi a fratre coheredem relictam grauiter et acerbe tulit, qui confestim te cum tuo luctu et maerore deseruit et ad Rufinum et Aemilianum de sinu tuo aufugit, qui tibi plurimas postea contumelias dixit coram et adiuuante patruo fecit, qui nomen tuum pro tribunalibus uentilauit, qui pudorem tuum tuismet literis conatus est publice dedecorare, qui maritum tuum, quem elegeras, quem, ut ipse obiciebat, efflictim amabas, capitis accusauit? aperi quaeso, bone puer, aperi testamentum: facilius insaniam matris sic probabis.

Quid abnuis, quid recusas, postquam sollicitudinem de hereditate materna reppulisti? at ego hasce tabulas, Maxime, hic ibidem CI
pro pedibus tuis abicio testorque, me deinceps incuriosius habiturum, quid Pudentilla testamento suo scribat. ipse iam, ut libet, matrem suam de cetero exoret: mihi, ut ultra pro eo deprecer, locum
(599) non reliquit. ipse iam ut | sui potens ac uir acerbissimas literas matri dictet *et* iram eius deliniat: qui potuit perorare, poterit exorare. mihi iam dudum satis est, si non modo crimina obiecta plenissime dilui, uerum etiam radicem iudicii huius, id est hereditatis quaesitae inuidiam funditus sustuli.

Illud etiam, ne quid omnium praeteream, priusquam peroro, falso obiectum reuincam. dixistis, me magna pecunia mulieris pulcherrimum praedium meo nomine emisse. dico, exiguum herediolum ‖ sexaginta milibus nummum, id quoque non me, sed Pu- f. 125b.
dentillam suo nomine emisse, Pudentillae nomen in tabulis esse, Pudentillae nomine pro eo agello tributum dependi. praesens est quaestor publicus, cui depensum est, Coruinus Celer, uir ornatus:

2 cohaeredem v | relictum v ‖ 3 moerore v ‖ 4 tibi F (*et Salmasius*), ibi φv ‖ 6 pro tribunali subuentilauit *vel* pro tribunali bis uentilauit *vir d. in marg. edit. Iunt. alt.*: *fortasse* uenditauit ‖ 7 litteris Fφv ‖ 8 obiciebat Fφ, obiiciebat v ‖ 11 qui recusas ς | haereditate v ‖ 12 reppulisti F, repulisti φv ‖ 13 abicio φ (*et Casaubonus*), adicio FV ‖ 16 reliquid F | ac uir] ac qui *Casaubonus* | acerbissimas] acceptissimas *Bosscha*, amantissimas *Hildebrandius* ‖ 17 litteras v | matris *Floridus* | dictet] deleat *Floridus* | et *addidi* ‖ 19 huius iudicii ς: huius mendacii *Pricaeus* | haereditatis v ‖ 21 preter eum Fφ, praeteream v ‖ 22 magna *Salmasius*: magia Fφv: *del. Acidalius* ‖ 23 haerediolum v ‖ 24 LX Fφ | non me meo *Acidalius* ‖ 27 Coruinus Clemens *Salmasius* ‖

adest etiam tutor auctor mulieris, uir grauissimus et sanctissimus, omni cum honore mihi nominandus, Cassius Longinus. quaere, (600) Maxime, cuius emptionis auctor fuerit, quantulo pretio mulier locuples agellum suum praestinarit.

[testimonium Cassi Longini tutoris et Coruini Clementis quaestoris]

Estne ita ut dixi? uspiam in hac emptione nomen meum ascriptum est? num ipsum heredioli pretium inuidiosum est, num uel hoc saltem in me collatum?

CII Quid etiam est, Aemiliane, quod non te iudice refutauerim? quod pretium magiae meae repperisti, cur ego Pudentillae animum ueneficiis flecterem? quod ut ex ea commodum caperem? uti dotem mihi modicam potius quam amplam diceret? o praeclara carmina! an ut eam dotem filiis suis magis restipularetur quam penes me sineret? quid addi ad hanc magiam potest? an uti rem familiarem suam meo adhortatu pleramque filiis condonaret, quae nihil illis ante me maritum fuerat largita, mihi quicquam impartiret? o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium? an ut testamento, quod irata filio scribebat, filium potius cui offensa erat, (601) quam me cui deuincta heredem relinqueret? hoc quidem multis f. 24b. carminibus difficile impetraui. putate, | uos causam non apud Claudium Maximum agere, uirum aequum et iustitiae pertinacem, sed alium aliquem prauum et saeuum iudicem substituite, accusa-

1 tu tutor φ (*cf. Cic. pro Caec.* 25,72): tutor *del. Salmasius*, auctor tutor *Iungermannus* ‖ 3 autor v | precio v ‖ 5 *et* 6 *verba* testimonium – Romani *seclusit Acidalius* | Cassi Fφ, Cassii v | tutoris] auctoris *Salmasius* | Coruini Celeris *Schottus* | *post* Clementis *Scriverius addidit* deest | AR FφV, quod recitatum est v: quaestoris *Salmasius*, quid responsum *Schottus*, quaestoris publici *vir d. in marg. edit. Iunt. alt.*, quaestoris responsum *Hildebrandius* ‖ 8 pretium FφV ‖ 11 pretium FφV | repperisti FV, reperisti φ | *verba* quod pretium – repperisti *cum eis quae secuntur coniunxit Salmasius*: quid etiam – repperisti? cur ergo – caperem? *Hildebrandius* | ego ς, ergo FφV ‖ 12 ut *om.* ς | ex eo *Heinsius* ‖ 15 an ubi *Iungermannus* ‖ 16 condonaret *Pricaeus*: condonasset Fφv: *fortasse* cum donasset *Bosscha* | nichil Fφ ‖ 17 nec mihi *Floridus* | quidquam φ: nihil quidquam *Pricaeus* | 19 irata φ, irato Fv: ingrato *vel* irata *Pricaeus* ‖ 20 me cui ς, mecum FφV | haeredem v ‖ 21 cantaminibus V ‖ 22 Cl. Maximum FφV ‖ 23 scaeuum *Pricaeus* | sus(b)tituite F ‖

tionum fautorem, cupidum condemnandi: date ei quod ‖ sequatur, ministrate uel tantulam uerisimilem occasionem secundum uos pronuntiandi. saltem fingite aliquid, eminiscimini quod respondeatis, qui uos ita rogarit. et quoniam omnem conatum necesse est quaepiam causa praecedat, respondete, qui Apuleium dicitis animum Pudentillae magicis illectamentis adortum, quid ex ea petierit, cur fecerit. formam eius uoluerat? negatis. diuitias saltem concupierat? negant tabulae dotis, negant tabulae donationis, negant tabulae testamenti, in quibus non modo non cupide appetisse, uerum
(602) etiam dure repulisse liberalitatem suae uxoris ostenditur. quae igitur alia causa est? quid obmutuistis? quid tacetis? ubi illud libelli uestri atrox principium nomine priuigni mei formatum? 'hunc ego, domine Maxime, reum apud te facere institui.' quin CIII
igitur addis 'reum magistrum, reum uitricum, reum deprecatorem'? sed quid deinde? 'plurimorum maleficiorum et manifestissimorum.' cedo unum de plurimis, cedo dubium uel saltem obscurum de manifestissimis. ceterum ad haec quae obiecistis numera an binis | uerbis respondeam. 'dentes splendid*as*': ignosce mundiciis. 'specula inspicis': debet philosophus. 'uersus facis': licet fieri. 'pisces exploras': Aristoteles docet. 'lignum consecras': Plato suadet. 'uxorem ducis': leges iubent. 'p*oste*rior nat*us* e*s*': solet fieri. 'lucrum sectatus es': dotalis accipe, donationem recordare, testamentum lege. quae si omnia affatim retudi, si calumnias omnes refutaui, si me in omnibus non modo criminibus, uerum etiam maledictis procul a culpa [philosophiae] tuitus sum, si philo-

1 fau..rem F | cupidus F | condempnandi F, condepnandi V | *fortasse* obsequatur ‖ 3 saltim V | eminiscimini FφV, reminiscimini ς: comminiscimini quid responderetis ei, qui uos ita rogaret. quoniam — *Casaubonus* | responderatis ς ‖ 4 ita] ista *Pricaeus* | et *del. Salmasius* ‖ 6 adhortum F, adhortum φ ‖ 10 hostenditur F ‖ 11 ommutuistis F ‖ 12 formormatum F ‖ 17 numera an] innumera ς ‖ 18 splendidas *Lipsius*: splendidos FφV: *fortasse* splendificas | munditiis V ‖ 21 posterior natus es *scripsi*: prior natu is est Fφv: prior natu ea est *Lipsius*, prior natu est ea *Bosscha*, prior nata ista est *Hildebrandius* ‖ 22 lucrum s. es dotis ς | dotalis FφV, dotale *et* dotalem ς: dotis tabulam *Stewechius*, dotales *Colvius*, dotal. t., *i. e.* dotales tabulas *Bosscha* ‖ 23 recudi ς | calunnias V ‖ 24 me *om.* v ‖ 25 philosophiae *seclusit Bosscha*: philosophiam *Casaubonus*, philosophi *Fulvius*, magiae *Acidalius*, magicae *Schegkius* | tutus v ‖

sophiae honorem, qui mihi salute mea antiquior est, nusquam (603)
minui, immo contra ubique si *con*saeptum penitus eum tenui: si
haec, ut dico, ita sunt, | possum securus existimationem tuam re- (604)
uereri quam potestatem uereri, quod minus graue et uerendum (605)
mihi arbitror a proconsule damnari, quam si a tam bono tamque emendato uiro improber.

Dixi.

2 cumseptum penitus F, cumseptem penitus φ, si cum septem pennis V, si cum septem poenis ς: conseptum penitus *Wowerus*, conseptus *vel* circumseptus pinnis *Colvius*, circumseptum pennis *vel* captum suismet pennis *Casaubonus*, secundum sectam Platonis *Acidalius*, conceptum eum pene *vel* eum septum penissime *vel* plenissime (tenui) *Scipio Gentilis*, cum septem pinnis *Rutgersius coll. schol. ad Iuvenal.* III 158, (si) in incoepto te uanissimum (tenui) *Schegkius*, (immo contra ubique) sartum tectum Poenus (eum tenui) *Scaliger*, conseptum suis sibi pennis *Sopingius*, conseptum pinnis *Salmasius*, conseptum pennis *Bosscha*, sicuti septum pennis *Zinkius l. d.* ‖ 3 securius ς | tuam existimationem ς ‖ 5 a Fφ, ac V | proconsule *Salmasius*: proconsulibus Fφ, procos V ‖ 6 improbe. F, improber φv: improbarer *Salmasius* ‖ 7 dixi *om.* φ ‖

Apulei Platonici Madauren (*fol.* 126*a*) ſis Proſae de Magia lib. II. Expl. Ego Saluſtius emendaui Rome Felix. F

Apulei Madaurensis prosae de magia liber II expl. Ego Salustius emendaui Rome felix. φ

Finis Lucii Apulei Apologiae. V

IOSEPHI IVSTI SCALIGERI
EMENDATIONES
EX EDITIONE QVAM DICVNT VVLCANI SECVNDAM EXCERPTAE

pag. 6, 5: admittant 9, 18-10, 12: ***versus Apulei, quos posthac omni ex parte recte digessit Pricaeus, Scaliger Casaubonum secutus hoc modo disposuit*:**

Calphurniane salue properis uersibus,
misi ut petisti mundicinas dentium
nitelas oris ex Arabicis frugibus.

(nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calphurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim: quem multo aequius erat, spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus,

sua sibi urina
dentem atque russam pumicare gingiuam.)
tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
complanatorem tumidulae gingiuulae,
conuerritorem pridianae reliquiae;
ne qua uisatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

quaeso quid habent isti uersus ——— uideri? 10, 17: feculentum 11, 16: foeculiniis 14, 5-10:

et Critias mea delicia et Sol alme Charine,
par in amore meo uita tibi remanet.
ne metuas, ne me ignis et ignis torreat ut uult: [1])

Edit. Vulcan. prima:

1) et Critias mea delicia sit salua Charine, | pax in amore meo uita tibi remanet. | ne metuas. nam me ignis et ignis torreat ut uult:

8*

hasce duas flammas, dum potior, patiar.
hoc modo sim uobis, unus sibi quisque quod ipse est
hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.

14, 13-15, 10:

florea serta, merum[1]) mel, et haec tibi carmina dono.
carmina dono tibi, serta tuo genio:
carmina, uti Critia lux haec optata canatur,
quae bis septeno uere tibi remeat;
serta autem, ut laeto tibi tempore tempora uernent:
aetatis florem floribus ut decores.
tu mihi da contra pro uerno flore tuum uer,
ut nostra exuperes munera muneribus.
pro implexis sertis, complexum corpore redde:
proque rosis, oris sauia purpurei.
quod si animam[2]) inspires: dona et iam carmina nostra
cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

20, 7: non tamen ex eo accipi necesse est exornari quoque me ad speculum solere 22, 14: forte 23, 4: atque ei uniti 24, 5-7: quem tu librum — ac non modo campo et glebis — te dedisses. mihi istud crede 24, 16: a probatore] obprobratori 26, 3: de mensa] tribus 26, 17: contra haec 29, 18: quod pauciores ego seruos habeo 30, 17: *πήρη τις γαῖ᾽ ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ, καλὴ καὶ πίειρα* 40, 11: Laeuium 40, 12-17:

philtra omnia undique eruunt.
antipathes illud quaeritur,
trochilisci, unges, teniae,[3])
radiculae, herbae, surculi,
auriplices, bitortilae,[4])
hinnientium dulcedines.[5])

40, 21: ceterum ad magiam nihil. quod autem uideatur nihil adiutare, dicam unde id coniectem 41, 12: *τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα —— φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ*

Edit. Vulcan. prima:
1) meum 2) animum 3) trochiscili, ungues, teniac 4) aureae ilices, bichordilae 5) hinnientum dulcedines

μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά (Od. δ 227-230) 41, 14-15: ὥς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργειφόντης | ἐκ γαίης ἐρύσας (Od. κ 302-303) 42, 2: penitis 42, 20: propulsatos esse[1]) 43, 16: uel si id nequierint, mortuum ostendant 47, 13: et ne operose per omnes animalium genitus pergam 48, 12: Q. Ennius Ἡδυπαθητικοῖς, quae uersibus scripsit, inn. p. g. enumerat 48, 15-50, 3:

omnibus ut Lupea praestat, mustela marina
mures sunt Aeni, aspera et ostrea et plurima Abydi,
mitylus est, pecten, aperque apud Vmbraciae amnes.
Brundusii sargus bonus est. hunc, magnus erit si,
sume. apriclum piscem scito primum esse Tarenti.
Surrenti chemas glaucum Cumas apud. at quid
scarum praeterii, cerebrum Iouis paene supremi:
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque.
melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam.
polypus Corcyrae, caluaria pinguia Atarnae;
purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.[2])

52, 11: φρονεῖν ἀθάνατα καὶ θεῖα, ἄνπερ ἀληθείας ἐφάπτηται 55, 13: cingat 60, 11: muccedo 61, 10: quem inuidentibus animalibus conscripsit 66, 8: in rebus sacris 67, 2: forsan] fors fuat 72, 4: baculos 72, 6: ex ea 72, 7: baculi 73, 2: adeo euidens 74, 9: aeuo emerito 75, 2: nec ulla uoce 76, 6: *delevit Scaliger inscriptionem quae extat in editione pr. Vulc.*: L. Apuleii apologia secunda 79, 21: sancte] sane 82, 12: affectus 82, 23: et bestias] infestos 84, 13: compecti] concepta 84, 18: qui uno neminem in terris uiliorem se aut improbiorem. 89, 22: idem 94, 1: subpernasti 94, 4: inscitus 94, 14-16: tune quod in cubiculo agat,

---

Edit. Vulcan. prima:

1) propulsasse 2) omnibus ut clypea praestat, mustela marina, | mures sunt Aeni, aspera et ostrea plurima Abydi, | mus Mitylenae est pecten, caradrumque apud Vmbraciae fineis. | Brundusii sargus bonus est. hunc, magnus si erit, sume. | apriculum piscem scito primum esse Tarenti. | Surrenti ellopae fac emas, glaucum apud Cumas. quid? | scarum praeterii, cerebrum Iouis paene supremi. | Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque. | melanurum, turdum, merulamque, umbramque marinam. | polypus Corcyrae, caluaria pinguia Carnae; | purpura, matriculi, mures, dulces quoque echini.

sed omnino femina? est ne ut in ea cogites nisi unam parentis religionem? 95, 19: at quam nequiter ausus es 99, 12: o falsum, et audax nimium, o mendacium 99, 24: atqui 100, 17: uel Damigeron uel Moses 104, 5: de quo supra iam dixi 105, 3: is 109, 20: iam totum] iam tum 110, 24: insania 113, 3: quod responderetis 114, 1: immo contra ubique sartum tectum Poenus eum tenui

INDEX NOMINVM

Berolini apud Weidmannos (I. Reimer)

typis Caroli Schultzi